MARMOR
SANDVICENSE

CVM

COMMENTARIO ET NOTIS

IOANNIS TAYLORI

LL.D.

COLLEGII D. IOANNIS CANT.

SOCII.

CANTABRIGIAE

TYPIS ACADEMICIS EXCVDEBAT IOS. BENTHAM.

M.DCC.XL.III.

Prostant Exemplaria apud *G. Thurlbourn* Cantabrigiae.

Innys, *Manby*, *Whiston*, *Bathurst*, *Vaillant* Londini.

INDEX

RERVM MAXIME MEMORABILIVM

Vocum expoſitarum et Auctorum emendatorum

IN

Commentario et Notis ad Marmor Sanduicenſe.

INDEX.

M.

I N D E X.

Σύν-

Errata, pag. 54. *l.* 25. signa siqua
62. *l. Not.* 6. γκαφῆς γραφῆς.



LECTORI ERVDITO

SALVTEM.

TRADO Tibi in manus, Lector beneuole et erudite, MARMOR SANDVICENSE, Monumentorum fere omnium, quae hodie leguntur, et literarum genere, et nouitate exarandi, et certiſſimis vetustatis indiciis longe commendatiſſimum. Illud Athenis repertum VIR ILLVSTRISSIMVS, cuius ſub nomine et auſpiciis iam ſinceriorem conſequitur diuturnitatem, A. MDCCXXXIX. peregre rediens ſecum in Angliam aduexit; in aere deinceps quam accuratiſſime deſcriptum, meisque, quas lecturus es, obſeruationibus illustratum iri voluit. Nolui certe meam opellam deeſſe, tali potiſſimum Viro hortante, cuius inter postremas laudes olim recenſebitur, potuiſſe eum cum fructu, non ſolum proprio, verum etiam publico, peregrinari.

In


LECTORI.

In hoc Commentario debeo multum humanitati et ingenio viri doctiſſimi THOMAE DAMPIER, Collegii Regalis in Academia nostra Socii: multum etiam IACOBI MERRICK, Oxonienſis, eximii Iuuenis, et ſingulariſſima in cultioribus literis maturitate. Quorum vterque in ſuis commentationibus cum multa mecum communiter animaduertit, ſi quid tamen in ea re ineſſe laudis putent, tum plurima etiam a me praetermiſſa ſubmonuit, quod ego vel in prima et humanitatis et laudis parte pono, vt non diſſimularem.

Vale.

Dabam Cantabrigiae
Menſe Maio
M.DCC.XL.III.




MARMOR SANDVICENSE





MARMOR SANDVICENSE

Literis minuſculis,

CVM

LATINA INTERPRETATIONE.



*

F A C I E S

E. Θ.

1 Τάδε ἔπραξαν Αμφικτυόνες Αθηναίων
2 ἀπὸ Καλλέο Αρχοντος μέχρι τõ Θαργηλιῶνος μηνὸς
3 τõ ἐπὶ Ιπποδάμαντος Αρχοντος Αθήνησι ἐν Δήλῳ ϗ
ἀπὸ Επιγένος Αρχοντος μέχρι τõ Θαργηλιῶνος μηνὸς
4 τõ ἐπὶ Ιππίο Αρχοντος χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν
ἦρχεν
5 Οἷς Διόδωρος Ολυμπιοδώρο Σκαμβωνίδης ἐγραμμάτευεν
6 ἀπὸ Χαιρισάνδρο Αρχοντος
Ιδιώτης Θεογένος Αχαρνεὺς
7 μέχρι τõ Εκατομβαιῶνος μηνὸς τõ ἐπὶ Ιπποδάμαντος Αρχοντος
8 Σωσιγένης Σωσιάδο Ξυπεταίων
ἐνιαυτὸν ἐπὶ Καλλέο Αρχοντος
9 Επιγέν.. .ελαγένος ἐκ Κοίλης
Αντίμαχος Ευθυνόμο Μαραθώνιος
10 Ε...ρά..ς Μενεστράτο Παλληνεύς.

Αἵδε τῶν Πόλεων .. τόκο ἀπέδο.αν

	Μυκόνιοι	Χ Η Η 𐅄 Δ
11	Σύριοι	Χ Χ Η Η Η
	Τήνιοι	Τ
	Κεῖοι	. . . . Η 𐅄 Δ Δ ⊢ ⊢ ΙΙ ΙΙ C
	Σερίφιοι	Χ 𐅅 Η

Σί-

A N T E R I O R.

Haec fecerunt Amphictyones Athenienſium
a Callia Praetore [*ineunte*] vſque ad Thargelionem
menſem qui erat Hippodamante Praetore Athenis
in Delo autem ab Epigene Praetore [*ineunte*] vſque
ad Thargelionem menſem qui erat Hippia Praetore
quantum temporis vnuſquiſque eorum magistratum
geſſit
Quorum Diodorus Olympiodori [*F. domo*] Scambo-
nides erat Scriba
a Chariſandro Praetore
Idiota Theogenis Acharnenſis
vſque ad Hecatombaeonem menſem qui erat Hippo-
damante Praetore
Soſigenes Soſiadis Xypetaeo
annum [*integrum*] Callia Praetore
Epigen . . . etagenis e Coele
Antimachus Euthynomi Marathonius
E . . . ra . . s Meneſtrati Pallenenſis.

Ex Ciuitatibus hae [*partem*] Vſurae ſoluerunt

Myconii	CIↃ C C L X
Syrii	CCIↃↃ C C C
Tenii	T
Cei	. . . . C L X X ⊦ ⊦ II II C
Seriphii	CIↃ D C

12	Σίφνιοι	Χ Χ Χ Η 𐅄 Δ Δ Δ Δ ΙΙ ΙΙ
	Ιῆται	𐅅 Η Η Η
	. . . . . ι	Χ Χ 𐅅 Η Η Η Η 𐅄 Δ Δ
13	Οιναῖοι ἐξ Ικάρȣ	Χ . Χ Χ
	Θερμαῖοι ἐξ Ικάρȣ	Η Η Η .

..φάλαιον τόκο παρὰ τῶν Πόλεων

14 Τ Τ Τ . Χ Χ Χ 𐅅 Η Η Η Η 𐅄 Δ Δ Δ Δ Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ C

Οἵ.ε τῶν Ιδίω. τõ τ.κο ἀπέδοσαν

15	Αρίστω. Δήλιος ὑπὲρ	𐅅 Η Η Η Η
	Απολλοδώρȣ Δηλίο	
	Α.τυσι.εὼς Δήλιος ὑπὲρ	𐅅 Η Η
16	Γλαυκέτο Δηλίο	
	Υψοκλέης Δήλιος	Η Η Η
17	Αγα..κλέης Δήλιος ὑπὲρ	. . Δ . .
	Θεοκύδος Δηλίο	
	Θεόγνητος Δήλιος ὑπὲρ	Η Η Η Δ Ͱ Ͱ Ι Ι Ι
18	Υψοκλέος Δηλ..	
	Αντίπατρος Δή..ος ὑπὲρ	Η Η 𐅄 Δ Δ Δ Π Ͱ Ͱ . Ι
19	Υψοκλέος Δηλίο	
	Πολύ....ς Τήνιος ὑπὲρ	Η Η Η Η
	Μ...μένος Τηνίο	
20	Λευκῖνος Δήλι.ς ὑπὲρ	𐅅 Η Η . . Δ Δ Δ
	Κλετάρχο .ηλίο	
	Κλεοφῶν Δήλιος ὑπὲρ	Η Η Η 𐅄
21	Πιςοξέ.ο Δηλίο	
	Πατροκλέης Δ..ιος ὑπὲρ	Η Η Η
	Υψοκλέος Δηλίο	

22 Αρι-

Literis minuſculis.

Siphnii	CCCIↃↃↃCLXXXXIIII
Ietae	D C C C
.....i	CCIↃↃDCCCCLXX
Oenaei ex Icaro	CCCCIↃↃↃↃ
Thermaei ex Icaro	C C C .

Summa Vſurae ex Ciuitatibus [*profectae*]

T T T. CCCIↃↃↃ D C C C C L X X X X Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ C

Ex priuatis [*autem*] Hi [*partem*] Vſurae ſoluerunt

Aristo Delius pro Apollodoro Delio	D C C C C
A.tyſi.aos Delius pro Glauceta Delio	D C C
Hypſocles Delius	C C C
Aga..cles Delius pro Theocyde Delio	..X..
Theognetus Delius pro Hypſocle Del..	C C C X Ͱ Ͱ I I I
Antipater De..us pro Hypſocle Delio	C C L X X X V Ͱ Ͱ .I
Poly....s Tenius pro M...mene Tenio	C C C C
Leucinus Deli.s pro Cletarcho .elio	D C C ..X X X
Cleopho Delius pro Pistoxe.o Delio	C C C D
Patrocles D..ius pro Hypſocle Delio	C C C

Aristi-

22	Ἀρισ.είδης Τήνιος ὑπὲρ Οἰνάδο Τηνίο	Η Η Δ

23 .εφάλαιον τόκο παρὰ τῶν Ι.ιώτων

.Η Η Η Δ Δ Π

24	Εἰσεπράχθη μηνυθὲν ἐκ τῶν Ἐπιθένος Δηλίο	Η Η . 𐅄 Δ Δ Δ
	Ε.σεπράχθη μηνυθ.. παρὰ Πύθωνος Δηλίο	Χ 𐅅
25	Ἐκ τῶν ἐνεχύρ.ν τῶν ὠφ.ηκότων τὰς δίκα. τίμης κε.άλαιον	Χ 𐅅 Η Η Η Δ Δ Δ Π
26, 27	Μισθώ.εις τεμένων ἐξ Ῥηνείας ἐπὶ Ἀρχόντ.ν Ἀθήνησι { Χαρισάνδρο, Ἱπποδάμαντος } ἐν Δήλῳ δὲ { Παλαίο, Ἱπ..ο }	Τ Τ Χ Η Η . .
28	Μισθώσεις τεμένων ἐ. Δήλο ἐπὶ τῶν αὐτῶν Ἀρχόντων	Χ Χ Η Η Η Η 𐅄 Δ Δ Δ Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ
29, 30	Οἰκιῶν Μισθώ.εις ἐπὶ Ἱπποδάμαντος Ἀρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Ἱππίο	Η Η 𐅄 . Δ Δ Δ Π Ͱ Ͱ

ΛΗΜΜΑΤΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ

ΙΤ Τ Τ Τ Χ Χ Χ Χ 𐅅 Η Δ Δ Δ Δ Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ Ι Ι Ι

Ἀπὸ

Literis minuſculis.

Ariſtides Tenius pro Oenade Tenio	C C X

.umma Vſurae a Priuatis [*profectae*]
. C C C X X V

Exigebantur indicio facto e bonis Episthenis Delii	C C . L X X X
Exigebantur indicio facto e Pythone Delio	CIↃ D
E pignoribus eorum qui in iudicio cauſis cecidere vniuerſa ſumma	CIↃ D C C C X L V
Locationes locorum ſacrorum e Rhenea [*profectae*] Praetoribus Athenis { Chariſandro, Hippodamante } in Delo autem { Palaeo, Hippia }	T T CIↃ CC
Locationes locorum ſacrorum e Delo [*profectae*] Praetoribus iiſdem	CCIↃↃ C D L X X X ⊢ ⊢ ⊢ ⊢
Aedium locationes Hippodamante Praetore Athenis, in Delo autem Hippia	C C L . X X X V ⊢ ⊢

Receptarum [*pecuniarum*] ſumma
ℾ T T T CCCCIↃↃↃↃ D C X L ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ II I

Ex

31	Απὸ τότο . άδε ἀνηλώθη	
32	Στέφανος ἀριστεῖον τῷ .εῷ καὶ τῷ ἐργασαμένῳ μισθὸς	X 𐅅
33	Τρίποδες νικητήρια το. ς Χορεῖς καὶ τῷ ἐργασαμένῳ. μισθὸς	X .
	Αρχεθεωρεῖς	T
34	Εἰς κομιδὴν τῶν Θεωρῶν καὶ τῶν Χορῶ. Αντιμάχῳ Φίλωνος Ερμείῳ τριηράρχῳ	T X
35	Αριθμὸς Βοῶν τῶν ... ..ν ἑορτὴν ὠνηθέντων	H Π II II
	Τίμη τότων	T X X H H H H Δ Π Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ
36	Πεταλ.....α καὶ χρυσώ.ς μισθὸς	H Δ Δ . .
37	Εἰς τὰ προθύματα τῆς ἑορτῆς	. . .
	...ιδὴ τῶν τριπόδων καὶ τῶν βοῶ.	. . .
38	..ντηκοστὴ καὶ τρ.....	
	....ι καὶ ξύλων τίμη τῶν	
	επ................	
39	ντιμ..........κα ταλλ..	
	....	

F A-

Literis minuſculis.

Ex hac [*ſumma*] haec expendebantur

Corona donarium .eo et operanti merces	CIↃ D
Tripodes victoriae praemia Choris et operanti merces	CIↃ .
Architheoris	T
In vecturam Theororum et Chororum Antimacho Philonis [*F. domo*] Hermienſi trierarcho	T CIↃ
Numerus Boum ad Festum coemptorum	C V II II
Precium eorum	TCCIↃↃCDXV⊢⊢⊢⊢
Fol . . . . . et merces in deaurationem	C X X . .
Ad anteſacrificium	. . .
. . . tura Tripodum et Bou .	. . .
. . nquageſima et tro . . .	
. . . . et lignorum precium quae ad	
. . . . Antim	
. . . .	

FACIES

1 Αἵδε τῶν Πόλεων τὸ τό.ο ὃν ἔδει αὐτὰς ἐπὶ τῆς ἡμετέ-
2 ρας ἀρχῆς ἀποδοῦναι .νέλ.πο. καὶ ὀκ ἀπέδοσαν τῶν
3 τεττάρων ἐτῶν

Κεῖοι	X X X X H Δ Δ Π ⊦ ⊦ .
Μυκόνιοι	H H H H Δ Δ
4 Σύριοι	X X X X 𐅅 H H H H
Σίφνιοι	X X 𐅄 Δ Δ Δ Π ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ II
Τήνιοι	X X H H H H
5 Θερμαῖοι ἐξ Ικάρο	H H H H
Πάριοι	T T T T X 𐅅 H H H Δ Δ
6 Οιναῖοι ἐξ Ικάρο	T 𐅄 Δ Δ Δ

7 Αἵδε τῶν Πόλεων τὸν τόκον ὀκ ἀπέδοσαν τὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τεττά.ων ἐτῶν ἐπὶ Αρχόντων

8 Αθήνησι { Καλλέο
Χαρισάνδρο
Ιπποδάμαντος
Σωκρατίδο

ἐν Δήλῳ δὲ { Επιγένος
Παλαίο
9 Ιππίο
Πυῤῥαίθο

Νάξιοι	T X X X 𐅅 H
10 Ανδριοι	T T
Καρύστιοι	T X X H H H H

vndecim literae eraſae

• •

Οἵδε

A V E R S A.

Hae Ciuitates ex Vſ*ur*a quam oportebat eas in nostro magistratu ſoluere, *o*mi*ſ*erun*t* et non ſoluerunt per integrum quadriennium

Cei	CCCCIↃↃↃↃ C X X V ⊢ ⊢.
Myconii	C D X X
Syrii	CCCCIↃↃↃↃ D C C C C
Siphnii	CCIↃↃ LXXXV ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ II
Tenii	CCIↃↃ C D
Thermaei ex Icaro	C D
Parii	T T T T CIↃ D C C C X X X
Oenaei ex Icaro	T L X X X.

Hae Ciuitates reditum non [*omnino*] ſoluerunt quem [*debuerunt*] in nostro magistratu per integrum quadriennium Praetoribus

Athenis	Callia
	Chariſandro
	Hippodamante
	Socratide
in Delo autem	Epigene
	Palaeo
	Hippia
	Pyrrhaetho

Naxii	T CCCIↃↃↃ D C
Andrii	T T
Carystii	T CCIↃↃ C D

. . . .

Hi

11 Οἵδε τῶν Ἰδιωτῶν τὸν τόκον ὀκ ἀπέδο.αν τὸν ἐπὶ τῆς
12 ἡμετέρας ἀρχῆς τεττάρων ἐτῶν ἐπὶ Αρχόντων

13 Αθήνησι { Καλλέο, Χαρισάνδρο, Ιπποδάμαντος, Σωκρατίδο }

14 ἐν Δήλῳ δὲ { Επιγένος, Παλαίο, Ιππίο, Πυῤῥαίθο }

	Αγάθαρχο. .είσωνος Δή..ος	Η Η Η Η
15	Αγα.λέης Υψοκλέος Τήνιος	Η Η . .
16	Εὐφραίνετος Εὐφάντο Δήλιος	Η Δ
	Αλκμεωνίδης Θρασυ...ο Αθηναῖος	𐅅 Δ
17	Γλαύκιππος Κλειτάρχο Δήλιος	Η Η Η Η Δ
	...ων Καρύστιος	Η Η
18	Σκυλλίας Ανδριος	Η Η
	Υψοκλέης Θεο...το Δήλιος	Η Η Η Η
19	Πεισανδεὺς Σύριος Γαλη.σίο	. Δ Δ Δ Δ Π .
20	.....κλείδης Θρασυννάλο Δήλιος	𐅄
	Ικαρέων Θράσωνος .....ιος	Η Η 𐅄 Δ Δ Δ
21	Λάχης Λάχητος Στειριεὺς	𐅅 Η Η . .
22	Α.σι.... Νυμφοδώρο Δήλιος	Η Δ Δ Δ Δ
	Θράσων Αῤῥωνος Σφήττιο.	. . .
23	.ρειστίδης Δεινομένος Τήνιος ὑπὲρ Οἰναλοκλέο ......νίο	Η Η Δ

24 Οἵδε

Literis minuſculis.

Hi [*autem*] ex priuatis Vſuram non [*omnino*] ſoluerunt quem [*debuerunt*] in nostro magistratu per integrum quadriennium Praetoribus

Athenis:
Callia
Chariſandro
Hippodamante
Socratide

in Delo autem:
Epigene
Palaeo
Hippia
Pyrrhaetho

Agatharchu. .ristonis De..us	CCCC
Aga.les Hypſoclis Tenius	CC..
Euphraenetus Euphanti Delius	CX
Alcmeonides Thraſy...i Athenienſis	DX
Glaucippus Clitarchi Delius	CDX
...o Carystius	CC
Scyllias Andrius	CC
Hypſocles Theo...ti Delius	CCCC
Prianeus Syrius Gale.ſii	.XXXXV.
.....clides Thraſynnali Delius	L
Icario Thraſonis .....ius	CCLXXX
Laches Lachetis Stirienſis	DCC..
A.ſi.... Nymphodori Delius	CXXXX
Thraſo Arrhonis Sphettiu.	...
.riſtides Dinomenis Tenius pro Oenalocle......nio	CCX

Hi

24 Οἵδε ὦφλον Δηλίων ἀσεβείας ... ..ρισάνδρ. Αρ-
25 χοντος Αθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Παλαίο τ..... το ...
26 πε.ραγμένον .αι ἀειφυγία ορι... ἐκ τῶ ἱε.. ..
27 .πόλλωνος τῶ Δηλίο η.ον.ος Αμφικτυόνας καὶ ἔτυ....

28 .πιγένης Πολυκράτος Μ
Πύρραιθος Αντιγόνο Μ
Πατρ...ης Επιθένος Μ
29 octodecim literae erasae
Αριστοφῶν Λι...ππου .
30 Αντιφῶν Τ.ννω.ος Μ
.δοιτέλης Αντ....ο Μ
Τηλ....ης Πολυάρκος Μ
...

31 Οικ... ἐν Δη... .ερὰι τῶ Απόλλωνος Τ. ..λίο
32 Οἰκία ἐν Κολω... Η Η Η
ε.... τονι. ε..ων αλεξος
33 ..Κεραμεια. μνευφα...ο. σγ.....
34 Τὸ βαλανεῖον το α... των οφεμπεδιων
Οι... ηνναρ .... ποη .. ε..ων
35 ....σ
Οικία ἣ ἦν Επιθε... η....... πο..ς
36 Χαλκεῖον ο η..... Ιππω .. ε..ω.ι
...........ων
Οικήματα Οικία ....
.ικ... ην Επιθενο.... reliqua

Literis minuſculis:

Hi autem conuicti ſunt Deliorum impietati. ...-
. iſandro Praetore Athenis, in Delo autem Palaeo . .
.... exactum ... perpetuo exſilio .... e tem... .pol-
linis Delii .... Amphictyonas, et ...

. pigenes Polycrati .	M
Pyrrhaethus Antigoni	M
Patro . . es Episthenis	M
....	
Aristopho Li ... ppi	M
Antipho T . nno . is	M
. doiteles Ant i	M
Tel .... es Polyarcis	M
...	

Dom*us* De*li* *ſ*acrae Apollini *D*elio
Domus in Colo . . H H H

....

....

....

Balneum ....
Domus ......

....

Domus ... Episthe ....
Officina aeraria .... Hippo ....

.....

Aedificia . Domus

.....

*D*omus ... Epiſthenis ..... etc.

MARMORIS SANDVICENSIS
FACIES ANTERIOR.

E Θ

ΤΑΔΕΕΠΡΑΞΑΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣΑΘΗΝΑΙΩΝΑΠΟΚΑΛΛΕΟΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΧΡ
ΙΤΟΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣΜΗΝΟΣΤΟΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ
ΕΝΔΗΛΩΙΔΕΑΠΘΕΠΙΓΕΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΧΡΙΤΟΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣΜΗΝΟΣ
ΤΟΕΠΙΙΠΠΙΟΑΡΧΟΝΤΟΣΧΡΟΝΟΝΟΣΟΝΕΚΑΣΤΟΣΑΥΤΩΝΗΡΧΕΝΟΙΣΔΙΟ
ΔΩΡΟΣΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΑΠΟΧΑΡΙΣΑΝΔΡ
ΟΑΡΧΟΝΤΟΣΙΔΙΩΤΗΣΘΕΟΓΕΝΟΣΑΧΑΡΝΕΥΣΜΕΧΡΙΤΟΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟ
ΣΜΗΝΟΣΤΟΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΣΩΣΙΓΕΝΗΣΣΩΣΙΑΔΟΞΥΠΕ
ΤΑΙΩΝΕΝΙΑΥΤΟΝΕΠΙΚΑΛΛΕΟΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΓΕΝ...ΕΤΑΓΕΝΟΣΕΚΚΟ
ΙΛΗΣΑΝΤΙΜΑΧΟΣΕΥΘΥΝΟΜΟΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΕ...ΡΑ..ΣΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΠ
ΑΛΛΗΝΕΥΣΑΙΔΕΤΩΝΠΟΛΕΩΝ..ΤΟΚΟΑΠΕΔΟ.ΑΝΜΥΚΟΝΙΟΙΧΗΗ𐅄ΔΣΥΡ
ΙΟΙΧΧΗΗΗΤΗΝΙΟΙΤΚΕΙΟΙ....Η𐅄ΔΔͰͰΙΙΙΙ(ΣΕΡΙΦΙΟΙΧ𐅅ΗΣΙΦΝΙΟΙ
ΧΧΧΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΙΙΗΤΑΙ𐅅ΗΗΗ....ΙΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΟΙΝΑΙΟΙΕΞΙΚΑΡΟΧ
.ΧΧΘΕΡΜΑΙΟΙΕΞΙΚΑΡΟΗΗΗ...ΦΑΛΑΙΟΝΤΟΚΟΠΑΡΑΤΩΝΠΟΛΕΩΝΤΤΤ
.ΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔͰͰͰͰ(ΟΙ.ΕΤΩΝΙΔΙΩ.ΤΟΤ.ΚΟΑΠΕΔΟΣΑΝΑΡΙΣΤΩ
.ΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΔΗΛΙΟ𐅅ΗΗΗΗΑ.ΤΥΣΙ.ΕΩΣΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡ
ΓΛΑΥΚΕΤΟΔΗΛΙΟ𐅅ΗΗΥΨΟΚΛΕΗΣΔΗΛΙΟΣΗΗΗΑΓΑ..ΚΛΕΗΣΔΗΛΙΟΣΥΠ
ΕΡΘΕΟΚΥΔΟΣΔΗΛΙΟ..Δ..ΘΕΟΓΝΗΤΟΣΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛ.
.ΗΗΗΔͰͰΙΙΙΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣΔΗ..ΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛΙΟΗΗ𐅄ΔΔΔΠͰͰ
.ΙΠΟΛΥ....ΣΤΗΝΙΟΣΥΠΕΡΜ...ΜΕΝΟΣΤΗΝΙΟΗΗΗΗΛΕΥΚΙΝΟΣΔΗΛΙ
.ΣΥΠΕΡΚΛΕΤΑΡΧΟ.ΗΛΙΟ𐅅ΗΗ..ΔΔΔΚΛΕΩΦΩΝΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΠΙΣΤΟΞΕ
.ΟΔΗΛΙΟΗΗΗ𐅄ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣΔ..ΙΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛΙΟΗΗΗΑΡΙΣ
.ΕΙΔΗΣΤΗΝΙΟΣΥΠΕΡΟΙΝΑΔΟΤΗΝΙΟΗΗΔ.ΕΦΑΛΑΙΟΝΤΟΚΟΠΑΡΑΤΩΝΙ
.ΙΩΤΩΝ.ΗΗΗΔΔΠΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗΜΗΝΥΘΕΝΕΚΤΩΝΕΠΙΣΘΕΝΟΣΔΗΛΙΟΗΗ
.𐅄ΔΔΔΕ.ΣΕΠΡΑΧΘΗΜΗΝΥΘ..ΠΑΡΑΠΥΘΩΝΟΣΔΗΛΙΟΧ𐅅ΕΚΤΩΝΕΝΕΧΥΡ
.ΝΤΩΝΩΦ.ΗΚΟΤΩΝΤΑΣΔΙΚΑ.ΤΙΜΗΣΚΕ.ΑΛΑΙΟΝΧ𐅅ΗΗΗΔΔΔΔΠΜΙΣΘΩ
.ΕΙΣΤΕΜΕΝΩΝΕΞΡΗΝΕΙΑΣΕΠΙΑΡΧΟΝΤ.ΝΑΘΗΝΗΣΙΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟΙΠΠ
ΟΔΑΜΑΝΤΟΣΕΝΔΗΛΩΙΔΕΠΑΛΑΙΟΙΠ..ΟΤΤΧΗΗ..ΜΙΣΘΩΣΕΙΣΤΕΜΕΝΩ
.Ε.ΔΗΛΟΕΠΙΤΩΝΑΥΤΩΝΑΡΧΟΝΤΩΝΧΧΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔͰͰͰͰΟΙΚΙΩΝΜΙΣΘΩ
.ΕΙΣΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΕΝΔΗΛΩΙΔΕΙΠΠΙΟΗΗ𐅄
.ΔΔΔΠͰͰΛΗΜΜΑΤΟΣΚΕΦΑΛΑΙΟΝΠΤΤΤΧΧΧΧ𐅅ΗΔΔΔΔͰͰͰͰΙΙΙΑΠΟΤΟΤΟ
.ΑΔΕΑΝΗΛΩΘΗΣΤΕΦΑΝΟΣΑΡΙΣΤΕΙΟΝΤΩΙ.ΕΩΙΚΑΙΤΩΙΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩ
.ΜΙΣΘΟΣΧ𐅅ΤΡΙΠΟΔΕΣΝΙΚΗΤΗΡΙΑΤΟ.ΣΧΟΡΟΙΣΚΑΙΤΩΙΕΡΓΑΣΑΜΕΝ
.ΙΜΙΣΘΟΣΧ.ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΙΣΤΕΙΣΚΟΜΙΔΗΝΤΩΝΘΕΩΡΩΝΚΑΙΤΩΝΧΟΡΩ
.ΑΝΤΙΜΑΧΩΙΦΙΛΩΝΟΣΕΡΜΕΙΩΙΤΡΙΗΡΑΡΧΩΙΤΧΑΡΙΘΜΟΣΒΟΩΝΤΩΝ.
....ΝΕΟΡΤΗΝΩΝΗΘΕΝΤΩΝΗΠΙΙΙΙΤΙΜΗΤΟΤΩΝΤΧΧΗΗΗΗΔΠͰͰͰͰΠΕΤΑΛ
.....ΑΚΑΙΧΡΥΣΩ.ΕΙΜΙΣΘΟΣΗΔΔ..ΕΙΣΤΑΠΡΟΘΥΜΑΤΑΤΗΣΕΟΡΤΗΣ
.......ΙΔΗΤΩΝΤΡΙΠΟΔΩΝΚΑΙΤΩΝΒΟΩ......ΝΤΗΚΟΣΤΗΚΑΙΤΡΟ..
........ΙΚΑΙΞΥΛΩΝΤΙΜΗΤΩΝΕΠ....................ΝΤΙΜ...
.........ΚΑΤΑΛΛ..
....
......

FACIES AVERSA.

ΑΙΔΕΤΩΝΠΟΛΕΩΝΤΟΤΟ.ΟΟΝΕΔΕΙΑΥΤΑΣΕΠΙΤΗΣΗΜΕΤΕΡΑΣ
ΑΡΧΗΣΑΠΟΔΟΝΑΙ.ΝΕΛ.ΠΟ.ΚΑΙΟΚΑΠΕΔΟΣΑΝΤΩΝΤΕΤΤΑΡΩ
ΝΕΤΩΝΚΕΙΟΙΧΧΧΧΗΔΔΠ⊢⊢.ΜΥΚΟΝΙΟΙΗΗΗΗΔΔΣΥΡΙΟΙΧΧΧ
Χ𐅆ΗΗΗΗΣΙΦΝΙΟΙΧΧ𐅄ΔΔΔΠ⊢⊢⊢⊢ΙΙΤΗΝΙΟΙΧΧΗΗΗΗΘΕΡΜΑΙΟ
ΙΕΞΙΚΑΡΟΗΗΗΗΠΑΡΙΟΙΤΤΤΤΧ𐅆ΗΗΗΔΔΔΟΙΝΑΙΟΙΕΞΙΚΑΡΟ
Τ𐅄ΔΔΔΑΙΔΕΤΩΝΠΟΛΕΩΝΤΟΝΤΟΚΟΝΟΚΑΠΕΔΟΣΑΝΤΟΝΕΠΙΤΗ
ΣΗΜΕΤΕΡΑΣΑΡΧΗΣΤΕΤΤΑ.ΩΝΕΤΩΝΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΑΘΗΝΗΣΙ
ΚΑΛΛΕΟΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΣΩΚΡΑΤΙΔΟΕΝΔΗΛΩΙ
ΔΕΕΠΙΓΕΝΟΣΠΑΛΑΙΟΙΠΠΙΟΠΥΡΡΑΙΘΟΝΑΞΙΟΙΤΧΧΧ𐅆ΗΑΝΔ
ΡΙΟΙΤΤΚΑΡΥΣΤΙΟΙΤΧΧΗΗΗΗ vndecim literae erasae ΟΙΔΕΤΩΝΙΔΙΩ
ΤΩΝΤΟΝΤΟΚΟΝΟΚΑΠΕΔΟ.ΑΝΤΟΝΕΠΙΤΗΣΗΜΕΤΕΡΑΣΑΡΧΗΣΤ
ΕΤΤΑΡΩΝΕΤΩΝΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΕΟΧΑΡΙΣΑΝΔΡ
ΟΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΣΩΚΡΑΤΙΔΟΕΝΔΗΛΩΙΔΕΕΠΙΓΕΝΟΣΠΑΛΑΙ
ΟΙΠΠΙΟΠΥΡΡΑΙΘΟΑΓΑΘΑΡΧΟ..ΡΙΣΤΩΝΟΣΔΗ..ΟΣΗΗΗΗΑΓ
Α.ΛΕΗΣΥΨΟΚΛΕΟΣΤΗΝΙΟΣΗΗ..ΕΥΦΡΑΙΝΕΤΟΣΕΥΦΑΝΤΟΔΗ
ΛΙΟΣΗΔΑΛΚΜΕΩΝΙΔΗΣΘΡΑΣΥ...ΟΑΘΗΝΑΙΟΣ𐅆ΔΓΛΑΥΚΙΠΠ
ΟΣΚΛΕΙΤΑΡΧΟΔΗΛΙΟΣΗΗΗΗΔ...ΩΝΚΑΡΥΣΤΙΟΣΗΗΣΚΥΛΛΙ
ΑΣΑΝΔΡΙΟΣΗΗΥΨΟΚΛΕΗΣΘΕΟ...ΤΟΔΗΛΙΟΣΗΗΗΗΠΡΙΑΝΕΥ
ΣΣΥΡΙΟΣΓΑΛΗ.ΣΙΟ.ΔΔΔΔΠ......ΚΛΕΙΔΗΣΘΡΑΣΥΝΝΑΛΟ
ΔΗΛΙΟΣ𐅄ΙΚΑΡΕΩΝΘΡΑΣΩΝΟΣ.....ΙΟΣΗΗ𐅄ΔΔΔΛΑΧΗΣΛΑΧ
ΗΤΟΣΣΤΕΙΡΙΕΥΣ𐅆ΗΗ..Α.ΣΙ.....ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΔΗΛΙΟΣΗΔΔ
ΔΔΘΡΑΣΩΝΑΡΡΩΝΟΣΣΦΗΤΤΙΟ.....ΡΙΣΤΗΙΔΗΣΔΕΙΝΟΜΕΝ
ΟΣΤΗΝΙΟΣΥΠΕΡΟΙΝΑΛΟΚΛΕΟ......ΝΙΟΗΗΔ
ΟΙΔΕΩΦΛΟΝΔΗΛΙΩΝΑΣΕΒΕΙΑΣ.....ΡΙΣΑΝΔΡ.ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΘΗΝΗΣΙΕΝΔΗΛΩΙΔΕΠΑΛΑΙΟΤ.....ΤΟ...ΠΕ.ΡΑΓΜΕΝΟΝ
.ΑΙΑΕΙΦΥΓΙΑΟΡΙ...ΕΚΤΟΙΕ......ΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΔΗΛΙΟΗ
.ΟΝ.ΟΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣΚΑΙΕΤΥ.....ΠΙΓΕΝΗΣΠΟΛΥΚΡΑΤΟ
ΣΜΠΥΡΡΑΙΘΟΣΑΝΤΙΓΟΝΟΜΠΑΤΡΟ...ΗΣΕΠΙΣΘΕΝΟΣΜ octodecim literae erasae ΑΡΙΣΤΟΦΩΝΑΙ...ΠΠΟ.ΑΝΤΙΦΩΝΤ.ΝΝΩ
.ΟΣΜ.ΔΟΙΤΕΛΗΣΑΝΤ....ΟΜΤΗΛ....ΗΣΠΟΛΥΑΡΚΟΣΜ
ΟΙΚ...ΕΝΔΗ....ΕΡΑΙΤΟΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤ
...ΛΙΟΟΙΚΙΑΕΝΚΟΛΩ...ΗΗΗΕ....ΤΟΗΙ.Ε..ΩΝΑΛΕΞΟΣ
..ΚΕΡΑΜΕΙΑΑΜΝΕΥΦΑ...Ο.ΣΓ.....ΤΟΒΑΛΑΝΕΙΟΝΤΟΑ.
..ΤΩΝΟΦΕΜΠΕΔΙΩΝΟΙ...ΗΗΝΑΡ....ΠΟΗ..Ε..ΩΝ.....
...ΣΟΙΚΙΑΗΗΝΕΠΙΣΘΕ...Η........ΠΟ..ΣΧΑΛΚΕΙΟΝΟΗ
.....ΙΠΠΟΩ..Ε..Ω.Ι...............ΩΝΟ.ΚΗΜΑΤΑΟΙΚΙΑ
..............................ΙΚ...ΗΝΕΠΙΣΘΕΝΟ
................................Ε..ΙΠΠΟΛΙΣΓΕΦ
...................................ΙΤΩΟΙΚΗΜ.
......................................ΑΗΝ.Υ.
....ΙΕ...
......
.....
...

IOANNIS TAYLORI COMMENTARIVS AD *MARMOR SANDVICENSE*:

Illustrissimo et Praenobili VIRO

D. D. IOANNI Comiti de SANDVICO,

Vicecomiti de HINCHINBROKE,

ET

Baroni MONTAGVE de Fano S^ti^ Neoti

NVNCVPATVS.

Illustrissime Comes,

QVOD singulare et praestantissimum marmor, Tuis auspiciis ex Athenis Atticis aduectum, commentario nostro illustratum iri voluisti: quod summopere efflagitasti, vt, quae rudiori tractu et subseciuis operis adnotaueram, ea diligentiori lima pertractarem, et publici iuris quantocius facerem, id mihi perquam honorificum accidisse, meorumque quos ab ineunte aetate posui, et pono quotidie, in antiquis literis laborum optimum et pulcerrimum fructum esse sensi. Nam vt essem cui potissimum committeres egregium hoc colendae Antiquitatis monumentum; vt conquisita fere omnia et explorata in isto commentariolo Tibi viderentur; cum maximo Tuae beneuolentiae argumento me ornari, tum non leue iudicium de mea siue solertia, siue in optimis

mis studiis vſu et exercitatione ferri iudicaui. Hortabantur praete[r] multa alia, animumque accendebant non ſolum ad alacritatem [in] ſuſcipiendo hoc munere, verum etiam ſedulitatem in exſequend[o]. Nam ſiue fuerit Natalium Tuorum et Generis ſplendor, qua tame[n] auctoritate me minus commoueri libenter praedico, ni Honoribus quos Maiorum virtus vnicuique comparauit, propria etiam accederet cultura quae tueretur; ſiue egregia morum Tuorum comitas, quae effecit vt ceteros tantum officiis et humanitate antecelleres, quantum loco antecellas et dignitate; ſiue Tua in iis literis, quibus ad humanitatem informamur, adeo incredibilis cultura, vt plus Tibi in Reip. negotiis verſatiſſimo debeant, quam nobis qui in ocio conſeneſcimus Academico; ſiue denique fuerit argumenti ipſius grauitas, et delectatio quam ex ipſo labore perceperim; habes, Vir illuſtriſſime, monumentum, qualecunque demum fuerit, induſtriae noſtrae multis maximiſque ſtimulis excitatae. Veruntamen in hoc commentandi genere, tametſi nonnulla adnotauerim ex vetuſtis ſcriptoribus, quibuscum mihi aliqua intercedit familiaritas et coniunctio, ſaepenumero tamen erudito et iucundiſſimo Tuo conuictu, auctoritate grauiſſima, atque ipſa adeo oculorum fide me fuiſſe adiutum ſincere profiteor. Nam cum hoc Tibi ſit cum multis commune qui literate peregrinantur, vt quae veterum olim erant morum, cultuum et diſciplinae, ea iam domum aduecta deinde inciperent eſſe Tui quoque nominis Monumenta; tum illud etiam praeclare addidiſti, vt pulcerrimae hae vetuſtatis relliquiae, eidem, vnde omnis profecta eſt et ſalutis ſuae et conſeruationis ratio, deberent quoque ſingulariſſima lucis et ſplendoris ornamenta. Iure igitur ad Te redit antiquiſſimum hoc et venerandum marmor, Tuis auſpiciis et praeſidio ex barbarorum regionibus ereptum et conſeruatum, Tuo etiam hortatu atque adeo ingenio illuſtratum. Multa ſemiſepultae, multa ignoratae penitus Antiquitatis indicia vno hoc RATIONARIO P. ATHENIENSIS in lucem retraxiſti. Neſciebamus enim antehac, veterum ſcriptorum ceterorumque monumentorum fide deſtituti, quo pacto praeſtantiſſima omnium Reſp. in computo ineundo, atque in rationibus concinnandis ſe expediuerit; quali fuerit in deſcribendis curioſitate, in deſcriptis fide; quanta in exteris religionibus ſanctimonia, quanta in ſocios auctoritate; Populorum denique Ciuitatumque memoriam quaſi ex inferis reduxiſti, quarum nomen et celebritas ante ſcriptores qui ſub Auguſto inclaruerunt, et quos hodie vetuſtos vocare ſolemus, penitus obliterari atque intercidiſſe videtur.

Cum

Cum singularissima multa curiosae vetustatis indicia Marmor istud complectatur, tum imprimis memorabile est illud siue *Antiquitatis* siue *Diligentiae* monumentum, quod in literis exarandis vnaquaeque linea στοιχηδὸν, vt dicitur, describatur, eoque fere tenore qualis in pomariis vsu venit et in arboribus conserendis[a]; nempe vt oculorum acies a summo marmore ad imum, per interualla linearum vniformiter et distincte deferatur, *in ordinem,* vt ait Plinius[b], *se porrigente versu.* Vnusquisque intelligit veterrimos Graecos in literis describendis, modo a dextra laeuorsum scribere[c], quo ordine delectabantur olim Phoenices, et Aegyptii[d]; modo a sinistra dextrorsum, vt nos hodie scribimus; modo etiam vtroque more simul, quod cum boum iter inter arandum imitetur, placuit βουστροφηδὸν[e] vocari, quo pacto memoriae proditum est descriptas fuisse olim leges Solonis[f]: aliquando autem neque dextrorsum, neque sinistrorsum in latum legere et scribere, verum, vt hodie Sinici solent, a summo ad imum perpendiculariter. Cuius rei vel solus *Eustathius*[g] luculentissimus testis esse potest. Στίχους οἱ παλαιοί, οὐχ ὡς νῦν ἡμεῖς ΚΑΤΑ ΜΕΤΩΠΟΝ, ἀλλὰ ΚΑΤΑ ΒΑΘΟΣ ἔγραφον —— ὅτι δέ ποτε καὶ ἡ ἐν βίβλοις γραφὴ οὕτως ἐτάττετο —— ἑτέρωθέν ἐστι γνῶναι. Ad priscam hanc consuetudinem video adludere *Festum.* TAEPOCON *soliti sunt appellare Graeci genus scribendi deorsum versus, vt nunc dextrorsum scribimus.* Quae piacularis vox TAEPOCON, cum varie in Codd. scribitur, variis etiam et infinitis[h] coniecturis impetitur, lubet etiam adiicere meam. Nimirum, cum disertissime dicatur vox esse Hellenica, libenter emendarem ΤΟ ΕΠ ΟΡΘΟΝ. Quandoquidem *Diodorus Siculus* de incolis Taprobanae insulae verba faciens[i], qui eo vtebantur scribendi more, ita loquitur: γράφουσι τοὺς στίχους οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἄνωθεν κάτω καταγράφοντες ΕΙΣ ΟΡΘΟΝ. Scilicet, vbi ordo literarum non in directum instituitur, et in linea, vt aiunt, Horizonti parallela, sed ab summo deorsum, modo et tenore perpendiculari.

[a] *Apollonius Rhodius* de Orpheo I. 28.

Φηγοὶ δ' ἀγριάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
Ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι
ΕΞΕΙΗΣ ΣΤΙΧΟΩΣΙΝ ΕΠΗΤΡΙΜΟΙ ——

[b] XVII. 11. [c] *Pausan.* l. 5. p. 338. [d] *Herodot. Euterp.* 36. *Pompon. Mel.* I. 9. [e] *Hesych. Pausan.* l. 5. p. 320. Vid. *Dickinson. Delph. Phoeniciz.* p. 106. *Chishull. Antiq. Asiat.* [f] *Euphorio* apud *Harpocr.* in Ὁ κάτωθεν νόμος. [g] ad *Il.* ψ. *v.* 358. vbi vocat hoc scribendi genus Πυργηδὸν κατὰ βάθος, ita vt ordinarentur literae ἡ μὲν ἔμπροσθεν, ἡ δ' ὄπισθεν, καὶ ἑξῆς ἕως τοῦ κατὰ τὸ βάθος τελευταίου. *Theodosius Grammaticus* in σχ. ad *Dionysium Thracem* appellat hunc morem literarum exarandarum ΚΙΟΝΗΔΟΝ, et exemplo illustrat. [h] Vid. *Scalig.* et *Dacier.* ad *Festum. Edm. Dickinson. Delph. Phoeniciz.* p. 105. *Miscell. Obseru.* vol. IX. p. 381. *Cl. Wesseling.* ad *Petit. LL. Atticas.* p. 179. [i] l. II. p. m. 98.

Inſcriptio noſtra, tametſi legendi curſus dextrorſum in latum vſitato ſcribendi genere ordinetur, cum tamen στοιχηδὸν abſoluatur, literarum ordinibus ſeriatim a ſummo ad imum constructis, ideoque nonnullis videri poſſit priſcum illum ſcribendi morem et memoriam quodammodo conſeruare; *Fidei* tamen illud potius et *Religionis* monumentum eſſe dixerim, quam primaeuae alicuius et caſcae vetustatis, aut, vt nonnulli existimare poſſunt, inanis curioſitatis et λεπτολογίας exemplum. Deprehendiſſe, inquam, videor in ea ſcribendi ſingularitate cultiſſimi Populi in archiuis deſcribendis religionem, Tabularumque publicarum fidem. Hoc enim pulcerrimo conſilio, cum neceſſe fuerit vtique vt vnaquaeque linea totidem deinceps constaret elementis, procurarunt, ne dolo malo in Albo corrumpendo aditus pateret, et, vt non ſolum pecunias in numerato haberent, verum etiam literas apiceſque quibus earum ratio conficiebatur.

Vtcunque exercebat antiquam gentem *ea Cura* in deſcribendis hiſce Tabulis, non vtique *manebat Nepotes* in adſeruandis. Multum nimirum Indiligentiae, multum annorum ἀδδηφαγία, nonnihil etiam fortaſſe rudi et inclementi Colono, qui has ſedis inuaſerit vbi inuentum ſit, attribuendum est, quod hoc monumentum non tam ſincere hodie legimus, quam fideliter Maiores olim deſcripſerint. Praetereo nonnulla industriae vestigia, de quibus commodior erit dicendi locus. Dolendum est autem maxime, quod particula tantum lapidis ad nos deſcenderit, et dimidiata fortaſſe Inſcriptio, cum plura in integro marmore, decurrente opera, potuiſſent eſſe deſcripta, quorum nihil hodie nobis restat praeter deſiderium. Quantum in flebili isto naufragio intercidit, nulla aut argumentorum fide, aut probabilitatis ſpecie, nulla coniecturae felicitate, non ipſo filo et tenore orationis aſſequi poſſumus: cum, licet a tergo non ſecus ac in fronte inſcribatur lapis, ſecundum Tabulae latus a noua periodo initium ducat. Satis vtique restat et ad inflammandum in amiſſis deſiderium, et ad excitandam in ſeruatis industriam. Cum fragmentum hoc, licet aliqua parte ſui mutilum, et in iis etiam quae ſuperſunt lacerum, Bibliothecas omnium fere Inſcriptionum et literarum genere, et argumenti nouitate, et auctoritatis pondere, et antiquitatis reuerentia ſuperare mihi videatur.

Quod ad extremam laudis partem attinet, vetustatem dico, feliciſſimum eſſe iudico, quod praeter cetera et luculentiſſima aetatis indicia, quibus vndique refertur, temporis etiam notam in quo deſcriberetur, accuratiſſime contineat, et, dum veterum recentiorumque ſcriptorum fidem tueatur in deſcribendis Athenienſium Fastis, et

et in Chronographia Attica digerenda, antiquitatem prodat et commendet propriam. Anno ergo Olympiadis CI^mae^ tertio, aut ſaltem post vnum elapſum, nempe CI^mae^ quarto exaratum eſſe nouimus. Complectitur enim RATIONES QVAS TRIVMVIRI ATHENIENSES AMPHICTYONICA POTESTATE PRAEDITI RERVM RELIGIONVMQVE IN DELO CELEBRATARVM SVB PRAETORIBVS CALLIA CHARISANDRO HIPPODAMANTE ET SOCRATIDE CONCLVSERVNT ET IN TABVLAS PVBLICAS RETVLERVNT EI REI QVAESITORES DATI. Istud vero Quadriennium, quo hi ſummum Athenis magiſtratum tenuerunt, ita in iſtius gentis annalibus perpetuo deſignatur, ſc.

Callias	Olymp.	C.	4.
Chariſander	———	CI.	1.
Hippodamas	———		2.
Socratides	———		3.

In marmoreo Chronico quod ſeruatur apud Oxonienſis, ſc. l. 82. reperitur Callias hiſce verbis: ΑΦ ΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΗΣ Ο ΚΩΜ...... ΑΘΗΝΗΙΣΙ ΚΑΛΛΕΟΥ. Quodcunque iſtud fuerit quod de Anaxandrida Comico ibi proditum erat memoriae (heu nimium breui!) illud certiſſimum eſt, ita aetatis notam in lacero iſto loco reſtitui et conſignari debere, nempe ΕΤΗ ΗΔΙΙΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ Ἀθήνησι Καλλέου, *A Callia Praetore vſque ad hunc diem anni* CXIII. Cui rei argumento eſſe poſſit, quod in illa quae proxime ſequitur Epocha, et integra legitur, anni computantur CIX ab Astaeo Praetore, qui Socratidi hic memorato in eo magiſtratu ſucceſſit, a Callia quartus. Vnde eruitur, marmor, de quo hodie commentamur, *Pario* eſſe centenario et quod excurrit antiquius. Quam autem rationem habeat aetatis ad ceteras quae vetuſtiſſimae ſunt Inſcriptiones, et de quarum natalibus aliquid certi ſtatui poteſt, ex margine meo eruditus Lector diſcere poteſt.

Praetor ille Athenienſis, quem in hoc commentario Calliam vulgo dicimus, antiquitus tamen, ſc. in marmoribus *Sanduicenſi* hoc, et illo

	Marmor Sanduicenſe.	Chronicon Parium ſeu Marmor Arundellianum.	C. Duilii Columna rostrata.	Tabula L. Scipionis Barbati F.
Olymp.	CI. 3.	CXXIX. 1.	CXXIX. 4.	CXXX. 1.
Iul. Per.	4340.	4450.	4453.	4454.
V. C. Varr.	380.	490.	493.	494.
Ante Epoch. Chriſti vulg.	374.	264.	261.	260.

Arun-

Arundelliano Καλλέας diserte ſcribitur. Cuiuſmodi Orthographia, ſiue vocalium pingendarum ratio doctiſſimum *Palmerium*, bonum militem Cadomenſem, qui marmor istud Oxonienſe ſatis feliciter illuſtrauit, videtur latuiſſe, cum errore in Quadratarium vel Typographum lato, hortatur potius Καλλίας reponere. Exarabant nostri homines ſedulo E pro I, vt ΚΑΛΛΕΑΣ, col. 1. l. 1. col. 2. l. 8. et 12. Ita col. 1. l. 33. ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΙΣ, quod ſerior aetas ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΙΣ, et fortaſſe etiam col. 2. l. 20. ΙΚΑΡΕΩΝ quod nos malumus ΙΚΑΡΙΩΝ. Apud veterrimos enim Graecos cognatae quodammodo inter ſe erant vocales E et I, et cum E per EI ſeu I productum enunciaretur [k], ideo ocioſe alteram figuram alterius vice frequentiſſime pingebant, ſono magis et potestate quam in ore habuit, quam figura ducti [l]. Ita in vetustiſſimis monumentis, *Sigaeenſi* nimirum et *Deliaco-Tournefortiano*, EMI constanter pro eo quod posteriores ſcribebant EIMI. In antiqua igitur egestate literarum, vna figura plurimis potestatibus erat obnoxia, et Graeci ante adinuentam et receptam literam ἦτα, eodem calami ductu et e breuem exprimebant, itidemque longam, et, quod tertium est, verum luxuriae magis quam neceſſitatis fuiſſe videtur, eam potestatem quam E (ſiue EI) in pronunciando obtinebat. Vt ſcribit *Victorinus* [m] : *E et O ternas habebant apud eos* [Graecos] *potestates, vt E eſſet breue, et productum, I autem longum quodammodo ſonat, cum et E et I iunctum est.* Fortaſſe ſcripſit, *cum* ex *E et I iunctum est.* Haec etiam ſoni cognatio obtinuit in Latinis literis, cum, vt ait *Quintilianus* [n], *Quid? non E quoque I loco fuit? vt Menerua, et Leber, et Magester, et Diioue et Veioue, pro Diioui et Veioui?* Et *Donatus* [o] : *Propter cognationem E et I literarum, non dubitauerunt antiqui Heri et Here dicere, et Mane et Mani, et Veſpere et Veſperi.* Obſeruandum est autem, id quod Graeci aliquando neceſſitate coacti, in tenui illo et exili ſedecim literarum alphabeto facere conſueuerant, idem etiam eos vel per incuriam vel memoria lapſos retinuiſſe in literatura locupletata et octo elementis auctiori. Exempli gratia : In marmoribus et numiſmatibus occurrunt ΑΘΕ, id est, ΑΘΗΝΑΙ ; in lapide apud *Sponium* [p]

[k] Nomen quinti elementi in Alphabeto Graeco erat EI, figura E. Hoc confirmare potest locus ille *Plutarchi* in commentariolo quem ſcripſit περὶ τοῦ EI τοῦ ἐν Δελφοῖς. ſc. pag. 201. meae editionis, vtor autem Graeca Baſileenſi 1574. Ἐνταῦθα δὲ συνελθόντας [ſc. V viros ſapientiae laude celebris, CHILONEM nempe, THALETA, SOLONEM, BIANTEM et PITTACVM] αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς καὶ διαλεχθέντας ἀλλήλοις, ἀναθεῖναι τῶν γραμμάτων ὃ τῇ τε τάξει πέμπτον ἐστι, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τὰ πέντε δηλοῖ, μαρτυρουμένους μὲν ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν, ὅτι πέντε εἰσὶ, τὸν δὲ ἕβδομον καὶ τὸν ἕκτον [ſc. CLEOBVLVM et PERIANDRVM] ἀποποιουμένους καὶ ἀποβάλλοντας, ὡς οὐ προσήκοντας αὐτοῖς. [l] *Chiſhull. Antiq. Aſiat.* pagg. 10. et 19. *Hauercamp. Diſſert. de Litt. Graec.* p. 262. [m] L. 1. p. 16. Edit. Sanctandreanae, 1594. [n] I. 4. [o] ad *Ter. Phorm.* Act. 1. Sc. 1. [p] *Miſcell. Erud. Antiq.* p. 315.

ΘΕΟ-

ΘΕΟΦΑΝΕΣ, ΚΑΛΛΙΦΟΝ, ΑΘΕΝΟΔΟΡΟΣ, ΛΕΟΧΑΡΕΣ, id est, ΘΕΟΦΑΝΗΣ, ΚΑΛΛΙΦΩΝ, ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ, ΛΕΩΧΑΡΗΣ, vbi vtriuſque Grammaticae veſtigia deprehenduntur, et illius veteris ante Euclidem Praetorem, qua E et O pro H et Ω ſcribebantur, et huius nouae, quae denſis, vt aiunt, literis Θ, Φ, X receptis [q], eo Praetore obtinebat. Marmor noſtrum, quod XX circiter annis ab eo Magiſtratu exarabatur, et quidem auctoritate publica, Grammaticam etiam publicam, vſu et legibus munitam conſtantiſſime profitetur. Nam et conſonantibus, quas duplicis vocant, itidemque iis quas adſpiratas, vocalibus denique tam longis, quam breuibus, vniformi modo deſcribitur, perinde vti nos hodie ſcribere ſolemus. In tertio ſolummodo vſu τοῦ E, vt modo vidimus, et in altero ſimillimo exemplo, vt ſtatim videbimus, variatum eſt a noſtra ſcriptura. Quod et impune fieri potuit, cum Grammatica ſiue Literatura Euclidea nihil quicquam de ea re ſtatuerit.

Nam, quoniam in Orthographia huius monumenti occupemur, et expedire poterit vt ea res vno ictu conficeretur, pauciſſima de litera O adiiciemus, illi alteri et fato et fortuna perquam ſimili. Pariter enim et illa aliquando O breuem deſignabat, aliquando O longam, aliquando denique diphthongum ΟΥ, quod nomen ſcilicet in Alphabeto habuit [r]. *Apud Graecos*, inquit Quintilianus [s], O *litera, interim longa ac breuis, vt apud nos, interim pro ſyllaba, quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt.* Marius Victorinus de Orthographia [t], O *ſimiliter quoque cum eſſet vnum, breuem et idem faceret longam ſyllabam, praeterea exprimeret vocem, quae apud eos per* ο *et* υ *ſcribitur,* ου. Et alibi [u], *Significaueram, priuſquam Graecis inter vocalis repertae ſunt* η *et* ω, *vicem earum tam apud illos quam apud nos expleſſe* ε *et* ο : ο *etiam ſcribi ſolitam pro ſyllaba* ου. In marmore itaque noſtro ω ſiue ο longam nunquam repraeſentat, propter auctoritatem Grammaticae quae ab Euclide inualuit, verum in diphthongo ου, poteſtatem nominis et appellationis ſuae vbique conſeruat. Ita col. 1. l. 1. ΚΑΛΛΕΟ, l. 2. ΤΟ, l. 3. ΕΠΙΓΕΝΟΣ, l. 30. ΤΟΤΟ, et col. 2. l. 2. ΑΠΟΔΟΝΑΙ, ibid. ΟΚ, pro ΚΑΛΛΕΟΥ, ΤΟΥ, ΕΠΙΓΕΝΟΥΣ, ΤΟΥΤΟΥ, ΑΠΟΔΟΥΝΑΙ, ΟΥΚ, et in locis praeterea quamplurimis.

Quandiu ea litera auctoritate diphthongi pollebat, fortaſſe haud erit facile definire. Ab vltimis Graeciae temporibus vſque ad aeram

[q] Θ, Φ, X, *priuſquam a Simonide inuenirentur, exprimebant iuxta* τ *et iuxta* π, *et* κ *adſpirationis notam* H *ponendo.* Mar. Victorinus *de Orthographia*, p. 17. [r] Hoc confirmat Epigramma apud *Athen.* l. 10. p. m. 224. in Thraſymachum Chalcedonium Sophiſtam:

Τοὔνομα θῆτα, ῥῶ, ἄλφα, σὰν, ὖ, μῦ, ἄλφα χὶ, οὖ, σάν·
Πατρὶς Χαλκηδών, ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

[s] I. 7. [t] p. 16. [u] p. 30.

Mace-

Macedonicam video constantiſſime obtinere. In monumentis quae Inſcriptionem nostram aetate antecedunt, nihil mirum ſi perpetuo dominetur. Verbi gratia, in *Sigaeenſi*, vt

ΤΟ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΗΣΙΟ,

In *Deliaco*,

Ο ΑΓΥΤΟ ΛΙΘΟ,

Et in *Farneſiana* columna, Simia illa Vetustatis, ſaeculorumque de quibus agimus,

ΟΔΕΝΙ ΘΕΜΙΤΟΝ ΜΕΤΑΚΙΝΕΣΑΙ.

His accenſeri velim poculum inſcriptum nomine Bacchi, iuxta hos ſenarios *Achaei* Tragici antiqui, quos conſeruauit *Athenaeus*[y]:

Ο δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
Τὸ γράμμα φαῖνον δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον — Δ Ι
Ο, νῦ τ' αὖ πάρεστι, κοὐκ ἄπεστιν ὖ — Ο Ν Υ
Ἐκ τοῦ 'πέκεινα σὰν, τότ' ο͂ κηρύσσετον. — Σ Ο

Quibus ſubiungit grauiſſimus ſcriptor, Ἐν τούτοις λείπει τὸ ὖ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει,et quae ſequuntur. In *Teïorum diris*, incertae admodum aetatis, ſed vetusto ſane, monumento,

ΤΟ ΛΟΙΠΟ
ΤΟ ΞΥΝΟ
ΤΟ ΚΕΝΟ.

In marmore *Cretenſi*, quod hodie beneficio Comitis Arundelliae legitur Oxoniis,

ΚΑΤΑ ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ ΤΟΣ ΕΚΑΤΕΡΗ ΚΕΙΜΕΝΟΣ.

Qua arrepta occaſione emendandus est a me *Mich. Apostolius*[z], in lepida historia quam prodidit de *Philoxeno* Poeta Cytherio: Qui, vbi latomias, in quas a Dionyſio Tyranno coniectus eſſet, euaſerat, rurſuſque a rege Syracuſas vocaretur, λαβὼν χάρτην, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΜΕΣΟΝ ΓΡΑΨΑΣ ΜΙΚΡΟΝ ΟΥ περὶ τοῦτο μεῖζον περιεχάραττεν —— καὶ πλήσας τοῦτον πάντων τὸν χάρτην, ἔπεμψεν, ἐμφαίνων ὅτι πολλάκις καὶ μεγάλως ἀρνεῖται[a]. Nihil

[y] l. xi. p. m. 230. [z] *Prouerb. Centur.* xix. 26. [a] Adludit aliquantulum *Tzetzes, Chiliad.* X. *Hist.* 358, ſcribens

Τοῦτον δ' ὁ Διονύσιος πέμψας εἰς λατομίας,
Εὐθέως μετεπέμπετο πάλιν γραφαῖς ἐκεῖνον.
Φιλόξενος τοιοῦτον δέ τι γράφει πρὸς ἐκεῖνον·
Περιγραφῆς ἐν σχήματι ταυτοπολυλογήσας,
Δεκάκις καὶ πλειόνως δὲ γράψας τοιουτοτρόπως,
Οὐχὶ φροντὶς, οὐ μέλει μοι, καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως.

Hic est facetiſſimus ille Scurra, quem ad manum habuit et conuiuiis adhibere ſolebat idem Dionyſius: erat autem cupediarum appetentiſſimus. Accidit, vt in coena, cum adponeretur Tyranno mullus praegrandis et bene ſaginatus, tenuior autem Poetae, piſciculum ori ſuo quaſi

Nihil falsius. Ea certe aetate, quae aliquot annis marmor nostrum antecedit, pronunciabant ΟΥ, scribebant vero religiosissime Ο: neque enim per multa saecula ea diphthongus innotuit. Deinde autem, quibus artificiis aut quo scribendi genere vnam ΟΥ diphthongum simili figura *circumscribere* aut *includere* potuit *Philoxenus* (περὶ τούτου περιγράφειν) equidem non video. Nimirum media charta paruulam ο descripsit, deinde productiore aliquantulum radio alteram, vsquedum circulis, quos dicunt concentricos, totam aream chartae suae compleuerat. Et quia Ο valebat eo tempore ΟΥ, toties pertinaciter negabat se rediturum, quot circulos descripserat. Ea μαντικῇ nihil est verius, ne ea quae apud Sagram. Simili macula eluendus est *Plutarchus*[b]. *Lacones Philippo Regi per epistolam interroganti an vellent eum vrbe recipere, Laconice responderunt*, εἰς χάρτην ΟΥ μέγα γράψαντες. Veruntamen neque eo saeculo se insinuauerat diphthongus, et confirmat non ΟΥ sed Ο rescripsisse Lacedaemonios, qui eandem narrat historiam, *Ausonius*[c],

> Vna *fuit tantum, qua respondere Lacones,*
> Litera, *et irato Regi placuere negantes.*

Ad haec igitur tempora nunquam pingi solebat diphthongus, post paucissimos annos nunquam fere negligi. *Psephisma* enim *Sigaeorum* [d] in honorem Antiochi Soteris latum, *Chronicon Parium* illi aetate fere suppar, et *Magnetum Smyrnaeorumque Foedus*[e] per diphthongum ΟΥ non literam Ο perpetuo describuntur. Ea nimirum tempestate emicuit *Schola Alexandrina*, cui curae fuit Graecae loquelae nitor et elegantia: tum primum fortasse tonus vocis et inflexio apicum et signorum vsu regi coepit: tum discretum est inter Ε et ΕΙ, quorum prouincias vbi disterminarant, illud Ε ψιλὸν, i. e. nudum siue tibicine[f] suo segregatum appellabant; inter Ο et Ω, quorum illud *paruum*, hoc *magnum* erat; inter ΥΙ denique et Υ,[g] quorum hoc rursus extra diphthongum ψιλὸν vocari obtinuit; ad summum denique nouum

quasi cum eo conlocuturus, deinde auribus, quasi responsum accipere vellet, identidem admoueret. Sciscitanti Regi quidnam rei ageret, *Galateam*, inquit, *scribere meditor* (poemation eo nomine postea edidit in laudem Galateae quam deperibat) *et cupio ab eo rescire, quae apud Nereum geruntur: verum nihil quidquam earum rerum intelligere profitetur pisciculus minutus, se enim ea aetate esse captum, vt marinum istum Deum nunquam salutauerit: socium vero, qui coram Rege staret, natu grandiorem, ea omnia quae ego perconctarer, facillime responsurum.* Athen. l. 1. p. m. 4. [b] *De Garrulitate*, p. 340. [c] *Epist.* XXV. 36. [d] *Chishull. Antiq. Asiat.* p. 49. [e] Marmor inter Oxoniensia secundum. [f] *Eustathius* ad vulgarem ἐπιγραφὴν v[ti] libri *Iliados*, sc.

> Εἶ, βάλλει Κυθέρειαν, Ἄρηά τε Τυδέος υἱός,

haec habet, Ιστέον δὲ ὅτι τὸ Ε στοιχεῖον ΕΙ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, προστιθέντες τὸ Ι, ἵνα τῇ διὰ διφθόγγου ἐκτάσει δύνωνται περισπᾷν καὶ αὐτὸ καθὰ καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα. τοιοῦτο δὲ ποιοῦσι καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ Ο· καὶ ἐκεῖνο γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ΟΥ λέγουσι. [g] *Athen.* l. XI. p. m. 230.

Graecarum literarum canonem nobis procuderunt, qui hodiernis etiamnum moribus recipitur.

Sat fortaſſe Grammaticae litauimus. Iam quid Marmori, ope harum literarum de quibus diſputauimus, conſignatum ſit, lectori meo non diſplicebit admoneri. Quod cum per compendia atque praeciſa quadam oratione ſupra pag. 5. edocui, commodum duxi in hoc loco paulo fuſius explicare. Solenne ſuetum erat celebrari in Delo Feſtum; in quo Athenienſes cum ſociorum nonnullis, qui Cycladas incolebant, Apollinem choris, ludis, ſacrificiis, omnique rituum genere propitiabant. Ad tolerandos igitur ſumptus, qui in iis cultibus fiebant maximi, quotieſcunque rediret religionis celebritas, toties in commentarios retulere Viri ei negocio praefecti, quicquid aut ex fiſco ſacro, aut ex ſingulorum patrimoniis, aut ex aere damnatorum, vſu et auctoritate publica, ſuppeditaretur. Ea cura ad Athenienſis praecipue, ſiue quod communi ciuitatum arbitrio ad hanc gentem deferebatur, ſiue quod leonina ſocietate cum prouincialibus agere vellent homines imperii praeter modum appetentes, ſpectaſſe videtur.

Id genus computi, quod modo memorauimus, repraeſentat Marmor noſtrum: et a prima quidem facie initium ſumit a *tempore* quo hae res geſtae ſint, a *Magiſtratibus* Athenienſibus qui eo cenſendi munere fungebantur, *et* a *Scribis* qui iiſdem erant a manu, et tabulas publicas conſignabant; nimirum a linea 1ma ad——10^{mam}. A linea 10ma ad——14^{tam} *Ciuitatum* Rerumque publicarum *nomina* complectitur, quae hoc ceremoniarum foedere tenebantur, adnotato diligenter quantum vnaquaeque ad eam religionem contulit. Cenſentur deinde eadem ratione *Perſonae ſingulares* 14——23. Ad computum rediguntur 23——25 *nummi* qui a nonnullis *delictorum nomine* luebantur, et proxime 26——29 *Reditus ſacri*. Quae omnia *ſummam* conficiunt linea ſequenti diſerte recitatam. Hucuſque agitur de Reditibus. Quod ſupereſt huius tabulae lateris *Expenſas* in his ſacris faciendis accurate et minutatim commemorat.

Secunda Facies *de lentis nominibus* agit, et ſimiliter a Rebuſp. orditur, deinde priuatorum hominum rationes pertexit, nempe a l. 1ma ad——23^{tiam}. Quorum cum duo ſint genera, aut enim *in partem* erant obaerati aut *in ſolidum*, Illos a linea 1ma ad——6^{tam} recenſet, ΤΟ ΤΟΚΟ ΟΚ ΑΠΕΔΟΣΑΝ: Hos a 6ta ad——23^{tiam}, ΤΟΝ ΤΟΚΟΝ ΟΚ ΑΠΕΔΟΣΑΝ. Poſt aliquantulum ſpacii literis vacuum relictum, et exorſa linea 24ta inſtituitur noua periodus, quae *de mulctis* in iudicio damnatorum, nondum tamen perſolutis, agit: qua deſinente l. 30. ſimiliter alia, quae redituum ſacrorum cenſum, *Apollinis* nempe *patrimonium*,

monium, inſtituere videtur. Videtur inquam, nam in éa parte lapis fatiſcere incipit, atque interiit omne deinceps, quodcunque iſtum titulum olim exceperit. Habes monumenti noſtri ea fide qua potui deſcriptum argumentum.

Populus Athenienſis vix ad aliquam in bello gloriam emicuerat, cum ſummo ſtudio niteretur vt inſulas, quae Cyclades vocabantur, vrbi proximas et quaſi ſubiectas, vel vi et virtute militum in poteſtatem redigerent, vel oratione conciliarent vt id ſua ſponte facere vellent. Expedire enim viſum eſt Reip. vt eorum hominum animos aut vi aut fide obſtrictos tenerent, quos eodem belli genere vſos et claſſe exercitatiſſimos, vel ambitionis optimos ſatellites, vel, ſi a Lacedaemoniis ſtarent, acerrimos hoſtis erant habituri. Cauſabantur inter alia, generis propinquitatem, et id Iuris ſimulachrum quod ex communione ſacrorum naſci credebatur ; quippe homines Athenis profecti pleraſque inſulas, quibus mare Aegaeum diſtinguitur, atque omnem oram Aſiae, quae iſto oceano adluitur, incolis olim et vrbibus conſerebant[g]. Adeo maternum nomen in ſummam imperii acerbitatem et grauiſſimam tyrannidem tandem exire patiebantur. Neque oracula aut Deorum monita negligere voluiſſe videtur Populus, quibus erat proprium non minus ſuperſtitionibus duci, quam hac imperii maritimi cupiditate inflammari. Athenienſibus enim ſacra olim in Delo peragentibus, cum puer aquas hauſiſſet, atque e vaſculo piſciculos aliquot vna cum latice effudiſſet, reſponderunt Vates Deliaci, nimirum Ἀττικίζειν pulchre edocti, *velle Deos eo oſtentu ſignificare, fore vt Athenienſes ſummum in mari imperium olim obtinerent*[h]. Si vltimam memoriam repetere vellem, cuius vt vetuſtior eſt origo, ita ſanctiorem habere auctoritatem creditur, atque auguſtiorem ſui reuerentiam, Eryſichtho Cecropis filius, qui aetatem *Chronici Arundelliani* M.CCC.XVIII annis antecedit, Delum inſulam ditioni Athenienſium addidit, modo *Athenaeum* vere emendet ὁ πάνυ *Caſaubonus*, l. IX. c. II.[i] Inſecutis temporibus confirmatum eſt a multis iſtud imperium, a Piſiſtrato nimirum, circa Olymp. LXIII.[k] a Miltiade[l], Olymp. LXVIII. a Themiſtocle denique, Ariſtide[m], aliiſque, quorum alii Lemnum, alii Parum, alii Delum, et vicinas

[g] Τὰς Κυκλάδας πρότερον μὲν οἱ Μίνω παῖδες, ὕστερον δὲ οἱ Κόδρου, καὶ Νηλέως κατῴκησαν. Plutarch. de Exſilio. *Iones, duce Ione, profecti Athenis* ——— *multas in Aegaeo atque Icario occupauere inſulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum, Delum, aliaſque ignobilis.* Paterc. l. 4.
[h] *Athenaeus* l. III. init. [i] Καὶ εἶχε τὴν Δῆλον, non καὶ εἶδε. [k] *Herodot.* I. 64. *Thucyd.* I. 13. VIII. 104. [l] *Nepos* in Miltiade §. 3. *Pari felicitate, ceteras inſulas* [praeter Lemnum] *quae Cyclades nominantur, ſub Athenienſium redegit poteſtatem.* [m] *Plutarch.* in Ariſtide. *Diod. Sic.* l. XI.

plerasque insulas armis subegerunt. Huius autem, quem vltimo memoraui, cum iustitia factum est post pugnam ad Plataeas, tum intemperantia Pausaniae, vt summa imperii maritimi a Lacedaemoniis transferretur ad Atheniensis[o]. Conflato bello Peloponnesiaco, in foedere et amicitia manebant Cyclades[p]; et, quamuis inclinatis postea Atheniensium rebus, labascere[q] videretur aliquando sociorum fides, constanter tamen video P. A. maiestatem suam auctoritatemque in Aegaeo non nisi cum propria libertate amisisse.

Huius θαλαττοκρατίας quasi sedes erat et caput DELVS, ab antiquis et poetis et mythologis decantatissima. Ea enim paruis insulis vndique cincta, quae inde Cyclades nominari solebant[r], medium occupabat, et quandam loci quasi praerogatiuam obtinere videbatur. Praeterea autem dissita erat ab Athenis exiguo maris itinere, tali nimirum, quale homines oblectandi animi gratia, et citra omnem periculi metum facere consuescunt[s]. Accedebat denique fani, religionumque celebritas, feriarum ludorumque nobilitas, quorum tenuem aliquam memoriam cum conseruauit Historia antiqua, tum ritus et rationes, ceteraque id genus monumenta Inscriptio haec praestantissima quasi ex postliminio reduxit. Nihil igitur mirum, si Delus morem ceterarum coloniarum quas duxerunt Athenienses secuta, ad dominae normam et arbitrium totam se composuerit; verum eam eo vsque Atticissare, vt Athenas plane Atticas in ea insula reperires, id, decurrente opere, Tibi, mi lector, non ingratum fortasse fuerit ediscere. Ceterum ea, quae olim fuerat Deorum religionumque feracissima, et duobus summi ordinis numinibus incunabula praestitit, quae a priscis poetis vsque ad satietatem celebrari solita (etenim

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delus[t]*?)*

quae et loci sanctitate tantopere floruit, vt in bello Peloponnesiaco commune esset aerarium Graeciae[u], religionum vero celebritate, vt in eam concursus maximi fieri non solum ex Attica vicinisque gentibus,

[o] *Corn. Nep.* in *Aristide*, §. 2. et 3. [p] Αθηναίων ξυμμαχία ——— νῆσοι ἐντὸς Πελοποννήσου καὶ Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες, πλὴν Μήλου καὶ Θήρας. Thucyd. II. 9. [q] *Thucyd.* et *Diod. Sic.* passim. [r] *Ipsaque longe clarissima, et Cycladum media, ac templo Apollinis et mercatu celebrata Delus.* Plin. IV. 12. *A promontorio Geraesto circa Delum in orbem sitae, vnde et nomen traxere, Cyclades.* Id. ibid. Ενδοξον αὐτὴν ἐποίησαν αἱ περιοικίδες νῆσοι, καλούμεναι Κυκλάδες. Strab. l. 10. p. m. 485. Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες. Id. ibid.

Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσί. Dionys. περιηγ. v. 529.

Cycladas autumant inde dictas, quia, licet spaciis longioribus a Delo proiectae, in orbem tamen circa Delum sitae sunt, et orbem κύκλον Graii ferunt. Solin. c. XVII. [s] Vid. *Suid.* et *Paroemiographos.* Αδεις εἰς Δῆλον πλέων. [t] *Virg.* III. *Georg.* 6. [u] *Quantum pecuniae quaeque ciuitas daret, Aristides delectus est qui constitueret. Eius arbitrio quadraginta et sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata Id enim commune aerarium esse voluerunt.* Corn. Nep. in Aristide, §. 3. Ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς etc. Thucyd. I. 96.

verum

verum ex vltimis Hyperboreis [x] dicerentur, Insula et portuum commoditate praestantissima, et mercatu [y] florentissima; hodie inculta et illaetabilis, vix quidquam tantae maiestatis conseruat praeter aliquot nominis [z] sui templique *ruinas*, quae et *ipsae* quoque quodammodo *periere*, leporum solummodo et mergorum domicilium, nulla aut agrorum satione, aut incolarum vsu, aut aduenarum fere appulsu nobilitata.

Istius autem Festi, de quo in hoc marmore agitur, vetustas et celebritas optime fortasse potest *Thucydidis* verbis explicari, ad Olymp. LXXXVIII. 3.

Thucyd. III. §. 104.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος ϗ Δῆλον ἐκάθηραν Αθηναῖοι —— ϗ τὴν ΠΕΝΤΕΤΗΡΙΔΑ ΤΟΤΕ ΠΡΩΤΟΝ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Αθηναῖοι, ΤΑ ΔΗΛΙΑ. ἦν δὲ ϖότε ϗ τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν ΙΩΝΩΝ τε ϗ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΩΝ ΝΗΣΙΩΤΩΝ. ξύν τε γὰρ γυναιξὶ ϗ ϖαισὶν ΕΘΕΩΡΟΥΝ· ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Εφέσια Ιωνες· ϗ ΑΓΩΝ ἐποιεῖτο αὐτόθι ϗ γυμνικὸς, ϗ μουσικὸς, ΧΟΡΟΥΣ τε ΑΝΗΓΟΝ ΑΙ ΠΟΛΕΙΣ. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ομηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ ϖροοιμίου Απόλλωνος,

Αλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε κ. τ. λ.

Οτι δὲ ϗ Μουσικῆς ἀγὼν ἦν, ϗ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖσδε αὖ δηλοῖ, ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ϖροοιμίου. τὸν γὰρ Δη-

Eadem hyeme Athenienses Delum lustrarunt —— tunc quoque primum Athenienses post lustrationem Festa lustralia, LVDOSQVE DELIACOS, QVI QVINTO QVOQVE ANNO CELEBRABANTVR *instituerunt. Fuit autem et priscis temporibus in Delo frequens* IONVM ET ACCOLARVM IN INSVLIS *circumiacentibus habitantium conuentus. Nam cum vxoribus et liberis* AD SPECTACVLA CONVENIEBANT, *(vt nunc Iones ad ludos in Dianae Ephesiae honorem institutos confluere solent) illic autem gymnicum musicumque* CERTAMEN *fiebat*, ET CIVITATES EO CHOROS MITTEBANT. *Quod autem haec ita se habuerint, Homerus in primis declarat, his versibus qui sunt ex hymno Apollinis,*

Tunc tibi magnopere etc.

Quod autem Musices etiam certamen

[x] Vid. Hymnographos. [y] *Ipsaque longe clarissima, et Cycladum media, ac templo Apollinis et* mercatu *celebrata Delus.* Plin. IV. 12. *Mercatus in Delo concelebrante toto orbe.* Id XXXIV. 2. *Insula Delus, tam procul a nobis in Aegaeo mari posita, quo omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta diuitiis, parua, sine muro, nihil timebat.* Cic. pro L. Manil. §. 18. Τὸ κοινὸν Ελλήνων ἐμπόριον. Pausan. l. 8. p. 509. Add. l. 3. p. 207. Strab. l. 10. p. m. 486. *Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delus aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum.* Festus. [z] Vocatur hodie *Sdili*, vt *Lemnus Stalimini*, etc. Eodem modo *Setinas*, Ες τὰς Αθήνας, *Stampouli* Ες τὴν Πόλιν, i. e. CPolim, *Stalantra* Ες τὰ λουτρα. Ad Baias. *Ios* dicitur *Nio*, i e. ἐν Ιῷ, *Icarus Nicaria.*

Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

Ἀλλ' ἄγεθ', ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων κ.τ.λ.

Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἦν καὶ ΤΟ ΠΑΛΑΙ μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ· ΥΣΤΕΡΟΝ ΔΕ ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΧΟΡΟΥΣ ΟΙ ΝΗΣΙΩΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙ ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΜΕΘ ΙΕΡΩΝ ΕΠΕΜΠΟΝ. τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκός, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.

men ibi fieret, et certaturi ſe conferrent, his quoque verſibus indicat qui ſunt ex eodem Apollinis hymno. Nam postquam Deliacum mulierum chorum celebrauit, ſuam laudationem his verſibus finiuit, in quibus et ſui ipſius mentionem fecit :

Verum agedum etc.

His igitur argumentis Homerus manifeste probauit, vel PRISCIS TEMPORIBVS *ingentem conuentum et celebritatem in Delo fieri conſueuiſſe*; POSTEA VERO ATHENIENSES ET INSVLARVM INCOLAE CHOROS CVM SACRIS EO MITTEBANT. *Sed certamina, et cetera pleraque, vt credibile est, adverſis caſibus exoluerunt, donec Athenienſes certamen tunc instaurarunt, et equorum curſum addiderunt, quod ante non fuerat.*

Quibus verbis ſubiungi velim *Strabonis* etiam auctoritatem, L. x. p. m. 485.

Ἔνδοξον αὐτὴν [Delum] ἐποίησαν αἱ περιοικίδες νῆσοι, καλούμεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε καὶ θυσίας, καὶ χοροὺς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας.

Celebrem eam fecerunt circumpoſitae Inſulae Cyclades, honoris cauſa publice mittentes qui ſacra frequentarent, tum victimas, choros virginum, et ſolennis ibi magnos agitantes conuentus.

Constat igitur Ionas, antiquiſſimam Graeciae gentem, vna cum Cycladum incolis, ſolennis maxime et religioſas Ferias in Delo olim concelebrare ſolitos. (Id quod deinde posteri eorum, coloniis in Aſiam ductis, in vrbe Epheſina, patrio ritu, factitarunt, quas ſolennitates exinde EPHESIA, et Πανιώνια vocarent; quia nempe Populus per plurimas vrbis diſſeminatus, de communi origine, horum Festorum ope, identidem admoniti, mutuam quae inter eos obtinebat cognationem felicius excolerent[a].) Deliaca autem ipſa, ſacra illa anti-

[a] Simile etiam obtinuit apud Dores, alteram Graecanicae gentis μερίδα, in memoriam priſcae conſanguinitatis. Συνιόντες, inquit *Dionyſ. Halic. Hist.* l. 4. p. m. 229. γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις

antiquiſſima, vbi accidit vt per aliquot annos interpellarentur, et deſinerent religioſi conuentus in Delo fieri, ſiue quod Perſarum claſſis per diutinum tempus maria illa infestaret, ſiue quaecunque fuerit alia calamitas, Athenienſes, qui iam in loco antiquorum Ionum eſſent, Olymp. LXXXVIII. anno 3^tio ſolennitatem instaurabant, adſcitis ſimiliter in communionem ſacrorum Inſulanis quibuſdam, patriamque religionem, *quarto quouis anno redituram*, de nouo concelebrabant.

Ea fuit Solennitas *Deliorum*, Festi ab Athenienſibus bellum cum Lacedaemoniis, Dorica natione, gerentibus, ſapienter instituti, ſiue ad imaginem prioris, quod olim agi ſolitum, adumbrati potius et redintegrati. Quod cum a me dicatur vno quoque quadriennio recurriſſe, mirabitur fortaſſe lector ita verti poſſe *Thucydidis* verba, ΤΗΝ ΠΕΝΤΕΤΗΡΙΔΑ τότε πρῶτον ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ Δήλια, atque etiam illa *Pollucis*[b] : Δέκα ὄντες οὗτοι [ἱεροποιοὶ] ἔθυον θυσίας ΤΑΣ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΑΣ, ΤΗΝ ΕΙΣ ΔΗΛΟΝ, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν, τὴν Ἐλευσίνηθι. Multa autem animum meum impulerunt vt ita verterem. Nam et eodem anno Olympiadis (tertio nempe) quo instituebatur, recurriſſe constat, et eam ipſam periodum celebrationis conſeruat haec Inſcriptio, ſc. anno tertio Olymp. CI^mae exarata, rationes complexa Quadriennii proxime elapſi. Quae ſi deeſſent argumenta, attamen memorabile est eo loquendi genere delectari ſemper ſcriptores veteres. Πενταετηρίδας *maxime notandis temporibus Graeci obſeruant, id est*, quaternum annorum circuitus. *Cenſorin.* de die natali, c. XVIII. Et alibi, *Idque tempus* τριετηρίδα *appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur*, quamuis biennii circuitus et reuera διετηρὶς eſſet. *Vnde Mysteria quae Libero Patri alternis fiunt annis, Trieterica a Poetis dicuntur. Postea* τετραετηρίδα *fecerunt, ſed eam*, quod quinto quoque anno redibat πενταετηρίδα nominabant. Inde fiebat, vt, cum Olympias reuera eſſet quatuor annorum complexio ſiue comprehenſio, ab aliis vocaretur Τετραετηρὶς : ab aliis autem, quia exacto quadriennio, in quintum annum ineuntem caderet ea celebratio, admiſſo in calculum eo quinto anno, non minori proprietate, Πενταετηρίς. Non quod quinquennium reuera complecteretur, ſed quod *voluenda dies*, incluſiue, vt aiunt, computando, particulam anni proximi, licet minimam decerperet ; vt de ea re *Seneca*[c],

Quantus Eleum ruit ad Tonantem
Quinta *cum ſacrum reuocauit* aestas.

τέκνοις κατὰ τοὺς ἀποδειχθέντας χρόνους, συνέθυόν τε καὶ συνεπανηγύριζον, καὶ ἀγῶνας ἐπετέλουν ἱππικοὺς καὶ γυμνικοὺς, καὶ τῶν περὶ μουσικὴν ἀκουσμάτων, καὶ τοὺς θεοὺς κοινοῖς ἀναθήμασιν ἐδωροῦντο. Adde *Herodot. Clio* 143. 144. 148. [b] L. VIII. c. 9. §. 107. [c] *Herc. Fur.* Act. III.

Eam

Eam computandi rationem amant ICti Romani. Iuſſit Diuus Hadrianus, *quantum ad munera municipalia, eum annum, quem quis ingreſſus eſſet*, pro impleto *numerari*. l. 74. D. ad SCtum Trebell. Non ergo in Olympiadum recenſione mirabitur aliquis Veteres tam parum ſibi videri conſtare [d].

Neceſſe igitur fuerit vt DELIA Olymp. LXXXVIII^uae^ anno tertio inſtituta, Olymp. LXXXIX^nae^ tertio, ſi verum computum ineamus, repeterentur. Et de feſto quidem altum vbique apud auctores ſilentium, nec tamen omnis praeciditur fides. Dicuntur Athenienſes [e] hoc anno, quod ſupererat Luſtrationis Olymp. LXXXVIII. 3. in Delo habitae confeciſſe, et in ea ſolennitate incolas antiquos ex ſedibus pepuliſſe, religionem quandam ſimulantes, (ἡγησάμενοι κατ' παλαιάν τινα αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι. verba ſunt *Thucydidis*) reuera autem, quod eos Spartanorum rebus nimirum ſtudere ſuſpicarentur [f]. Quos tamen oraculo moniti ante annum elapſum reduxerunt [g]. Meminerit lector inſtituta fuiſſe ante annum quartum *Delia* noſtra, ſolenni prius habita luſtratione. Iam ea Religione in orbem redeunte, vt rite fieret, prius luſtratur inſula quam ſacra peraguntur: τὴν πεντετηρίδα ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΚΑΘΑΡΣΙΝ ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ Δήλια, ait auctor noſter vbi agit de feſto inſtituendo. Coniungit pariter Feſtum et Luſtrationem grauiſſimus auctor *Plutarchus* [h], Δηλίοις ἔναγχος ποιησάμενος τὸν μέγαν καθαρμόν. In illa priori καθάρσει ſuſtulerunt defunctorum monumenta, ne pollueretur Religio modo recurſura: in hac etiam ipſos *Colonos veteres migrare* iuſſerunt, maculae alicuius, vt inſimulabantur, contagione pollutos, et inidoneos ad proximas ferias celebrandas. Cum

[d] ΤΕΤΡΑΕΤΗΡΙΣ

Οὐδὲ δεῖ περιμεῖναι ΤΕΤΡΑΕΤΙΑΝ, ἵν' ἔλθῃ ἄλλα Ὀλύμπια.

Arrian. *ad Epictet.* III. 25.

Ὀλυμπιάς. οὕτω καλεῖται παρ' Ἕλλησιν ὁ κατὰ ΤΕΣΣΑΡΑ ἔτη συντελούμενος ἀγών.

Cyrill. *Hieroſol.* *Catech.* XII. §. 8.

ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΣ

Καὶ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔ' ἅμα
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.

Pind. *Olymp.* Γ. 38.

καὶ ΠΕΝΤΑ-
ΕΤΗΡΙΔ' ὅπως ἄρα ἔστασαν ἑορτάν.

Pind. *Olymp.* Γ. 69.

Ἡρακλεῖ οὖν προσέτι τῷ Ἰδαίῳ δόξα τόντε ἀγῶνα διαθεῖναι πρώτῳ, καὶ Ὀλύμπια ὄνομα θέσθαι. ΔΙΑ ΠΕΜΠΤΟΥ οὖν ΕΤΟΥΣ αὐτὸν καθεστήσατο ἄγεσθαι, ὅτι αὐτός τε καὶ οἱ ἀδελφοὶ ΠΕΝΤΕ ἦσαν ἀριθμόν. Pauſan. l. 5. p. 299.

In Scythia nobis quinquennis *Olympias*
acta eſt
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Ouid. IV. *ex Ponto.* 6. 5.

[e] *Thucyd.* V. 1. Iterum eandem rem memorat *Thucyd.* ad extr. *Hiſtoriae*, ſc. VIII. 108. ὅτε ὑπ' Ἀθηναίων Δήλου καθάρσεως ἕνεκα ἀνέστησαν [Delii.] [f] Eam rationem adſignat *Diod. Sic.* l. XII. ad hunc annum. [g] *Thucyd.* V. 32. *Pauſan. Meſſen.* p. 268. Edit. Hanou. 1613. [h] In *Conuiuio* VII *Sap.* p. 95.

haec

haec ſit aperte *mens* Thucydidis, miror cum viro doctiſſimo, qui hanc telam mecum pertexuit, ita vulgo reddi poſſe *verba* laudati Hiſtorici,

Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν ἐκ Δήλου, ἡγησάμενοι κατὰ παλαιάν τινα αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι.

Athenienſes e Delo Delios ſummoverunt, quod existimarent ipſos, quamuis ob quoddam vetus piaculi crimen polluti eſſent, Deo tamen eſſe conſecratos.

Nam ſiue Ἱερῶσθαι, modo loquendi proprio, dicatur pro Ἱερᾶσθαι, i. e. *munere ſacerdotali fungi*, quemadmodum velle videtur *Etym. M.* qui quodammodo dicit Ἱερᾶσθαι ἱερουργεῖν· ὁ δὲ Θουκυδίδης ἱερῶσθαι, atque etiam Heſychius, Ἱερῶσθαι. θύειν καθαροὺς ὄντας, fortaſſe ad hunc ipſiſſimum locum adludens: ſiue Ἱερᾶσθαι potius ſcribendum iuxta auctoritatem Cod. MS.[i] neceſſe est omnino ita *Thucydidem* intelligi debere, ne videatur memoriae reliquiſſe, *Delios* ideo *a ſedibus ſuis fuiſſe pulſos*, propterea quod *Apollini Deo indigenae conſecrati eſſent*, quamuis *veteri piaculari crimine tenerentur*. Sententiam non vno *piaculo* dignam, neque vno oſtento et foeditate interpretationis pollutam! Ego certe praetulerim ἱερᾶσθαι. Ita *Thucydides*[k], Ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ΙΕΡΩΜΕΝΗΣ. Ita *Pauſanias*[l], Τὰ δὲ ἔπι παλαιότερα, προεκέκειτο ἐκ τῶν παίδων ΙΕΡΑΣΘΑΙ τῷ Διῒ ὁ νικῶν κάλλει. Et *Strabo*[m], Ὅπου τὰ Πανιώνια κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι, καὶ θυσία. ΙΕΡΩΝΤΑΙ ΔΕ ΠΡΙΗΝΕΙΣ. Quali autem ſacerdotii genere in his ſacris fungebantur Delii, alibi a me erit dicendum.

Si igitur hanc rem rite definiuimus, agebantur *tertium* DELIA Olymp. XC. 3. Qua celebritate Nicias Athenienſis Ἀρχιθεώρου munere fungebatur. [Vid. huius Inſcript. col. I. l. 33.] Aio autem hac Pentaeteride Niciam duxiſſe θεωρίαν; nam ante proximam, in Siciliam cum imperio mittitur, vbi caeſus[n] est profligatis Athenienſium copiis, quibus praefuit: eluceſcet autem ex commento iſtius hominis, quod proxime ſum relaturus, eum, quod certiſſimum eſt, neque *primis* feriis Architheorum potuiſſe fieri, neque quod veriſimillimum, *ſecundis*. Erat autem huiuſmodi, vti refert *Plutarchus.*

Plutarch. in Nicia.

Μνημονεύεται δ' αὐτοῦ καὶ τὰ περὶ Δῆλον, ὡς λαμπρὰ καὶ θεοπρεπῆ φιλοτιμήματα. τῶν γὰρ χορῶν, οὓς αἱ πό-

Iam commemorantur eius in Delo magnifica et religioſa munera. nam quum chori, quos ciuitates ad canendum

[i] Vid. *H. Steph.* ad *Dionyſ. Halic. Antiq. Rom.* p. 17. *Edit. Hudſon.* [k] II. 2. [l] P. 445.
[m] L. 14. p. m. 639. [n] *Thucyd.* ad Olymp. XCI. I.

πόλεις ἔπεμπον ᾀσομένους τῷ θεῷ, προσπλεόντων μὲν ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς δ' ὄχλου πρὸς τὴν ναῦν ἀπαντῶντος, ᾄδειν κελευομένων κατ' οὐδένα κόσμον, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς ἀσυντάκτως ἀποβαινόντων ἅμα, καὶ στεφανουμένων, καὶ μεταμφιεννυμένων, ΕΚΕΙΝΟΣ, ΟΤΕ ΤΗΝ ΘΕΩΡΙΑΝ ΗΓΕΝ, αὐτὸς μὲν εἰς Ῥηνίαν ἀπέβη τὸν χορὸν ἔχων, καὶ τὰ ἱερεῖα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν, ζεῦγμα δὲ πεποιημένον Ἀθήνησι πρὸς τὰ μέτρα, καὶ κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς χρυσώσεσι, καὶ βαφαῖς, καὶ στεφάνοις, καὶ αὐλαίαις κομίζων, διὰ νυκτὸς ἐγεφύρωσε τὸν μεταξὺ Ῥηνίας καὶ Δήλου πόρον, οὐκ ὄντα μέγαν· εἶθ' ἅμα ἡμέρᾳ τήν τε πομπὴν τῷ θεῷ, καὶ τὸν χορὸν ἄγων κεκοσμημένον πολυτελῶς, καὶ ᾄδοντα, διὰ τῆς γεφύρας ἀπεβίβαζε.

nendum mittebant in Apollinis honorem, appellerent promiscue, et quia naui turba repente occurrente canere iubebantur nullo ordine, sed nimia festinatione, incomposite simul descenderent de naui, coronas sumerent, et vestis, ILLE, QVVM ARCHITHEORVS ESSET, *traiecit secum in Rheneam chorum, victimasque, et reliquum apparatum trahens, ad haec pontem Athenis paratum competentem, atque eximie excultum auro, pictura, sertis, tapetibus deportans, nocte fretum eo inter Rheneam et Delum medium, quod non est latum, iunxit: mox vbi diluxit, pompam Deo et chorum magnifice comptum cantantemque traduxit per pontem.*

Si cui incredibilius paulo videatur istud Niciae consilium propter latitudinem freti, cum Rhenea insula IV circiter stadiorum intervallo a Delo dirimebatur [o]; id quod optimum *Tournefortium* impulit, vt crederet potius non Rheneam cum Delo ponte fuisse iunctam, verum vnam ex insulis, quae *Rematieri* dicuntur, medio fere itinere; meminerit id effici potuisse ratibus lintribusque iunctis, super quos tabulata secum domo aduecta sterneret Nicias, atque ita pompam transduceret. Dudum in ea fui sententia, neque ea res mihi videtur exsuperare Polycratis factum, qui Rheneam insulam bello expugnatam Apollini consecrauit, ἀλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον [p].

Ea maiestate atque dominatione vsi sunt per diutinum tempus in Delo Athenienses, Templi curam, Fisci administrationem, Sacrorumque instituendorum praerogatiuam in se trahentes; neque miseris insulanis quidquam reliqui fecerunt, quod non plenissimo iure ad civitatem Remque pub. Atheniensium spectaret, non ipsam loci religionem [q]. Sub exitu belli Peloponnesiaci, euersis funditus Atheniensium rebus, cum Pausanias Lacedaemoniorum dux, vrbem et metu et obsidione cinctam teneret, atque omnia in ista Rep. facere posse

[o] *Strabo* l. X. p. m. 486. [p] *Thucyd.* III 104. [q] Ἀλλὰ καὶ Δῆλος ἀνεῖται τοῖς θεοῖς· ἤδε ἐστι τῆς πόλεως. Aristid. *Panathen.*

vide-

videretur, Delii dominationis pertaesi Regem adorant, rati idoneam se ad eam rem nactos opportunitatem, et litem aduersus Atheniensis de proprietate insulae instituunt.

Plutarch. Apophth. Lacon. p. 59. Edit. Nouae.

Παυσανίας ὁ Κλεομβρότου, Δηλίων δικαιολογουμένων περὶ τῆς νήσου πρὸς Αθηναίους, καὶ λεγόντων ὅτι κατὰ τὸν νόμον τὸν παρ᾽ αὐτοῖς οὔτε αἱ γυναῖκες ἐν τῇ νήσῳ τίκτουσιν, οὔτε οἱ τελευτήσαντες θάπτονται, πῶς οὖν, ἔφη, αὕτη πατρὶς ὑμῶν εἴη, ἐν ᾗ οὔτε γέγονέ τις ὑμῶν οὔτ᾽ ἔσται;

Pausanias Cleombroti F. Deliis de insulae suae iure aduersus Atheniensis disputantibus, ac dicentibus, lege apud ipsos receptum esse, vt neque pariant in insula mulieres, neque mortui sepeliantur: Et quomodo, *inquit*, Delus patria vestra sit, in qua neque natus est quisquam vestrum, neque erit post mortem?

Ad Pausaniam Plistanactis F. non ad illum alterum Cleombroti, aetate superiorem, merito has res reduxit eruditissimus *Doruillius* in eleganti commentario de Delo et rebus Deliacis, qui legitur *Miscell. Obseru.* Vol. VII. Tom. I. quem operae precium erit consulere.

Eo facetissimo responso, omni spe exclusi rursus se tradunt in clientelam Atheniensibus, et pristinam libertatem et auita iura per id tempus feliciter asserentibus. Olympiadem denuo circa CVII^mam^ aut CVIII^uam^, viginti sc. annos ab hoc marmore exarato, causam hanc de praefectura Templi ad Amphictyonas, qui Delphis congregabantur, deferebant, coram communi Graecorum concilio diiudicandam. Ea tempestate Athenis eloquentiae laude florebat *Aeschines*, quem P. A. Syndicum suum elegit, et Delphos causam Reip. peroraturum mittere voluit. Non tamen mittitur, cum Senatus Areopagiticus, neglecto Populi suffragio, id muneris in Hyperidem contulit[r].

Dem. de Corona, §. 43. Edit. *Foulk.* et *Friend.*

Μαρτυροῦσι Δημοσθένει ὑπὲρ ἁπάντων οἵδε· Καλλίας Σουνιεύς, Ζήνων Φλυεύς, Κλέων Φαληρεύς, Δημόνικος

Demostheni pro omnibus hi testimonium tribuunt: sc. Callias Suniensis, Zeno Phlyensis, Cleo Phalereus,

[r] *Plutarch.* in *vita Aeschinis:* Συστάντος πρὸς Δηλίους [Αθηναίοις] ἀμφισβητήματος, ΠΟΤΕΡΟΥΣ ΔΕΙ ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Αρείου πάγου βουλὴ Υπερίδην ἐχειροτόνησε. Apollonius in vita eiusdem: Ελομένου γὰρ ποτε αὐτὸν τοῦ δήμου σύνδικον ὑπὲρ τοῦ ἐν Δήλῳ ἱεροῦ πρὸς τὴν γενομένην πρὸς Δηλίους Αθηναίων διαδικασίαν, οὐκ ἀπέτρεπεν ἡ ἐν Αρείῳ πάγῳ βουλὴ etc.

κος Μαραθώνιος· Ὅτι τοῦ Δήμου ποτὲ χειροτονήσαντος Αἰσχίνην σύνδικον ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας, συνεδρεύσαντες ἡμεῖς ἐκρίναμεν Ὑπερίδην ἄξιον εἶναι μᾶλλον ὑπὲρ τῆς πόλεως λέγειν, καὶ ἀπεστάλη Ὑπερίδης.

lereus, Demonicus Marathonius: Quod, cum Aeſchinem templi quod est in Delo ſyndicum apud Amphictyonas olim creaſſet Populus, nos concilio conuocato Hyperidem magis idoneum cenſuimus qui pro ciuitate diceret, et miſſus est Hyperides.

Hyperidis Oratio Deliaca, toties a veteribus laudata, vna cum ceteris istius viri ſcriptis diu intercidit. Constat tamen ex pauxillulis admodum, quae ſparſim leguntur, reliquiis[s], eum multa ex veteri mythologia deprompſiſſe, ad iura Athenienſium ab vltima antiquitate aſſerenda. Quali autem ſucceſſu cauſam hanc perorauit non admodum liquet, ſilentibus vtique de ea re istius aeui ſcriptoribus. Vero autem est ſimillimum, vel ad *Pauſaniae* aetatem eam templi custodiam non fuiſſe ab Athenienſibus ereptam; ille enim ſcriptor, dum fata vrbium et viciſſitudines lamentatur, ita loquitur:

Pauſan. Arcad. p. 509.
Edit. 1613.

Τὰ δὲ ὑπερηρκότα πλούτῳ τὸ ἀρχαῖον, Θῆβαί τε αἱ Αἰγύπτιοι, καὶ ὁ Μινύης Ὀρχομενὸς, καὶ ἡ Δῆλος, τὸ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπόριον, αἱ μὲν ἀνδρὸς ἰδιώτου μέσου δυνάμει χρημάτων καταδέουσιν ἐς εὐδαιμονίαν· ἡ Δῆλος δὲ, ΑΦΕΛΟΝΤΙ ΤΟΥΣ ΑΦΙΚΝΟΥΜΕΝΟΥΣ ΠΑΡ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΙΣ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΤΗΝ ΦΡΟΥΡΑΝ, Δηλίων γε εἵνεκα, ἔρημός ἐστιν ἀνθρώπων.

Iam vero quae cunctas olim vrbis opum magnitudine antecellebant, Aegyptiae Thebae, et Minyarum Orchomenus, ne mediocris quidem nunc priuati hominis fortunas adaequant: Delus autem, commune olim Graecorum emporium, tantopere iam deſerta est, vt PRAESIDIO TEMPLI AMOTO QVOD ATHENIENSES MITTVNT, *hominibus, ſi Delios tantum numeres, prorſus orbata ſit.*

Post explanatam DELIORVM religionem, et adnotatas temporum vices quibus agi ſolita, paratior aliquanto accedet lector ad verſandum hoc monumentum, ſi prius mecum expenderit numerorum notas, quae paſſim in vtroque latere occurrunt, eaſque figuras, quibus omnis fere ratio computi Attici includi videtur. In qua re trutinanda, ſi diligentius paulo rem omnem ab origine repetam, ſecum repu-

[s] Βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος [i. e. *Hyperides* in *Orat. Deliaca*] ἐξ ἀρχαίου δεῖξαι ΤΟΙΣ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΙΕΡΑ ΠΡΟΣΗΚΟΝΤΑ, πολλῷ κέχρηται τῷ μύθῳ, λέγων οὕτως κ. τ. λ. *Schol. Hermog.* p. 389.

tet,

tet, me ad eam orationem defcendere, quae a nemine ad hunc diem ea vbertate, qua par est, tractata fuerit; et, fi non ea proferre videar, quae veriffima fore iudicabuntur, non aegre tamen accipiet quae veris funt proxima, memor me in argumento verfari, quod vnico hoc monumento, angustis fane limitibus, continetur. Ecquis enim ait fe vidiffe aut in codice fcribi, aut exarari in lapidibus, aut cudi in numifmatibus, aut in quouis omnino hodie restare monumento, haec et fimilia non folum notarum numerorumque compendia, verum etiam argenti ratiunculas? fc.

col. 1. l. 13. T T T . X X X 𐅅 H H H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ C
l. 28. X X H H H H 𐅄 Δ Δ Δ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢
l. 30. ΠT T T T X X X X 𐅅 H Δ Δ Δ Δ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ I I I

Vna fuit antiquis, a natura profecta, et familiariffima et fimpliciffima numerandi ratio. Graeci, de quibus praecipue loquimur, ante inuentos numeros, aut, vt accuratius dicam, numerorum notas, calculum omnem, rudem licet et horridulum, digitis instituere folebant. Cuius deinde ratio et proprietas in communem Arithmeticam fluxit atque in ea σημεῖα,

quae post fabricauerat Vſus[t].

Inde fiebat vt numerus quinarius eam in artificiofis fignis praerogatiuam computandi obtineret, quam natura olim attribuerat digitis; vt effet nimirum numerorum quafi meta quaedam et flexus, cardo denique in quo omnis fupputandi ratio verteretur[u].

[t] *Hor.* I. *Serm.* 3. 102. [u] Ea ratione vox Πεμπάζειν propter loci fui dignitatem fimpliciter pro *numerare* aut *calculum facere* dicitur:

Φώκας μὲν τοι πρῶτον ἀριθμήσει καὶ ἔπεισιν·
Αὐτὰρ ἐπεὶ πάσας ΠΕΜΠΑΣΣΕΤΑΙ ἠδὲ ἴδηται.

Hom. Odyff. Δ. 411.

Schol. breu. ad *loc.* Κατὰ πέντε ἀριθμήσει. Hefych. Πεμπάσσεται. Κατὰ πέντε ἀριθμήσει. τὸ γὰρ πέντε Αιολεῖς πέμπε λέγουσι. καταχρηστικῶς δὲ ΚΑΙ ΨΙΛΩΣ ἀριθμήσει. Plutarch. *de* Ει *apud Delphos.* Ως δὲ μεγάλου πρὸς τὰ ὅλα κυρίου σημεῖον ἀριθμοῦ προτετιμηκότες, ἀφ' οὗ τὸ ΑΡΙΘΜΕΙΝ οἱ σοφοὶ ΠΕΜΠΑΖΕΙΝ ὠνόμαζον. Idem *de Orac. defectu.* ΠΕΜΠΑΣΑΣΘΑΙ τὸ ΑΡΙΘΜΗΣΑΙ τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν καλεῖν. οἶμαι δὲ καὶ τὰ πάντα τῶν πέντε παρώνυμα γεγονέναι κατὰ λόγον, ἅτε δὴ τῆς πεντάδος ἐκ τῶν πρώτων ἀριθμῶν συνεστώσης. Adde *Eustath.* ad *Iliad.* Α. 463. *Odyff.* Γ. 460. *Huetiana* n. XLVII. *Alciat. Parerg. Iuris* X. 20. *Biblioth. Literariam Cl. Waffei.* Eodem modo numerus *denarius*, meta proxima, et pleniffimus numerandi terminus, quem neque nostra aetas fuperauit, magni habebatur, vt *Plutarch. Placit. Philofoph.* I. 3. Εἶναι δὲ τὴν φύσιν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα· μέχρι γὰρ τῶν δέκα πάντες Ἕλληνες, πάντες βάρβαροι ἀριθμοῦσιν, ἐφ' ἃ ἐλθόντες πάλιν ἀναποδοῦσιν ἐπὶ τὴν μονάδα. Vitruu. III. 1. *Ex manibus* Denarius, *digitorum numerus.* Ouid. *Fast.* III. 122.

Hic numerus magno tunc in honore fuit:
Seu quia tot digiti *per quos numerare folemus,*
Seu quia ———

Ita-

Itaque non ſolum apud Graecos, verum apud Romanos quoque vnaquaeque πεντὰς alio atque deinceps alio ſigno deſcribitur, hoc modo,

I ———	Π	I ———	V	1 ———	5
Π ———	Δ	V ———	X	5 ———	10
Δ ———	ΠΔ	X ———	L	10 ———	50
ΠΔ ———	H	L ———	C	50 ———	100
H ———	ΠH	C ———	D	100 ———	500
ΠH ———	X	D ———	M	500 ———	1000
X ———	ΠX	M ———	IↃↃ	1000 ———	5000
ΠX ———	M	IↃↃ ———	CCIↃↃ	5000 ———	10000
Graecorum.		Romanorum.			

Apud Graecos lineae rectae et perpendiculares, ſiue digitorum ad inſtar effigiatae, ſiue a voce Iς, i. e. *Vnus*, mutuo ſumptae, vnitatem deſignabant[x]. Verum cum eandem vſque figuram iterare, infinitum eſſet, et Arithmeticam, quae diſtincta et praeciſa debet eſſe, ſumma inconſtantia et mole obrueret, placuit communi conſenſu in quinario cardine eam vnitatum progreſſionem paulo inflectere, eamque metam noua figura, quam a voce Πέντε mutuabantur, confirmare: hoc pacto,

I	———	1
II	———	2
III	———	3
IIII	———	4
IIIII	ſeu potius Π	5.

Deinde ad monadem reuertebantur, quam huic nouo ſigno, quoties opus erat, ſubiunxerunt vſque ad proximum terminum, ſcilicet,

Π I	———	6
Π II	———	7
Π III	———	8
Π IIII	———	9

Vbi, ne iterum in ἀσάφειαν inciderent, ſimiliter a nomine Δέκα, Δ detraxerunt, vt poteſtatem vocis, vnde originem traxit, quaſi notando deſignaret: nempe

Δ	———	10
Δ I	———	11 etc.
Δ Π	———	15
Δ Π I	———	16 etc.

[x] *Priſcian.* de Figuris numerorum, *Iα pro μία dicentes* I *ſcribebant.*

Eadem

Eadem ratione [Δ] = 5 × 10 = Quinquaginta. H numerum centenarium notauit, cum ἑκατὸν in antiquiſſimo Alphabeto Hεκατὸν ſcriberetur [y]. Ita [H] Quingenta, et ſic de reliquis. Hoc pacto exponit has compendiarias notas *Priſcianus de figuris numerorum*, non longe ab initio. *Vna per* I *ſcribitur antiquo more Atticorum, qui ſolebant principalem nominis numeri literam ponere, et ſignificare numerum. Ergo* ἴα *pro* μία *dicentes* I *ſcribebant, et* Π, Πέντε, *et* Δ, Δέκα, *et ſic* [Δ] Πεντήκοντα, πεντάκις δέκα *ſignificantes, et* H, Eκατόν. *Vetustiſſimi enim quique Graeci pro aſpiratione* H *ſcribebant, quam habebat* HEKATON *in principio. Et ſic* [H] Πεντακόσια, *id est,* πεντάκις ἑκατόν. X, Χίλια, [X] Πεντακισχίλια, *i. e.* πεντάκις χίλια. M, Μύρια, *vel ſic,* X̲ δεκάκις χίλια. *Quidam autem et ſic ſcribebant,* [X̲]. *Non incongruum tamen videtur etiam verſus Graecos aptiſſime de his numeris compoſitos ſubiicere ;*

Χίλια X πέλεται, καὶ Πεῖ μέσον Ητα φέροντος
Ημισυ τῶν ἐφάμην. Εκατὸν δ᾽ ἄρα Ητα πέλονται.
Δέλτα δὲ τεμνομένοιο μέσον καὶ Πεῖ φορέοντος
Πεντήκοντ᾽ ἀριθμοῦ σημήϊα, καὶ Δέκα Δέλτα.
Πεῖ δ᾽ ἄρα Πέντε πέλει καθαρὸν, καὶ Ιῶτα ἕν ἐστιν.

Neque aliter fere *Herodianus*, Grammaticus antiquus, quem ab *Aldo Manutio* olim impreſſum, deinde *Theſauro* ſuo *Graeco* ſubiunxit *H. Stephanus*. Addit autem praeter ea, quae a *Priſciano* dicuntur, notas illas numeralis, quae vnitatem etc. denotant, vim augendi ſeu prorogandi computum obtinere, vbi ad dextram apponantur ; aliter autem, ſi ſiniſtrorſum pingantur, i. e. ſi praecurrant numerum maiorem, tantum ex poteſtate iſtius magni numeri detrahi, quantum per haec ſigna notatur [z].

ΠΙ ——	VI	ΙΠ ——	IV
ΔΙΙ ——	XII	ΙΙΔ ——	VIII ſiue IIX.

Eam certe rationem obſeruabant Romani in numeris deſcribendis. Detrahendi minuendique apud Graecos non exſtat fortaſſe monumentum ; immo, ſi hoc et *Parium* dempſeris, huius omnino literaturae memoriam tantum debuiſſemus auctoribus quos proxime laudaui : ſcriptionis ipſius nullum exſtitiſſet exemplum. In

[y] H *Litera tanquam ſonus magis ſit quam litera et accedens literae ; et vtuntur auctoritate Graecorum, apud quos vt ſuperuacua ſublata est. Fuiſſe tamen et apud illos manifeſtum est ex veteribus ſcriptis, et ex eo, quod hodie cum apud illos numeri* prima ſemper litera nominis quo ſignificantur notentur, vt Δέκα, Πεντήκοντα, Eκατόν. Vnde adparet hanc literam loco adſpirationis non fuiſſe, alioquin per ' notaretur. Velius Longus *de Orthographia*. [z] Αἱ δὲ παραθέσεις τούτων, ἡνίκα μὲν αὔξειν τοὺς ἀριθμοὺς δέῃ, ἐπὶ τὸ δέξιον μέρος γίνονται· ἡνίκα δὲ μειοῦν, ἐπὶ τὸ ἕτερον. ἡ γὰρ παράθεσις ἐκεῖθεν σημαίνει ὅτι χρὴ τοῦτον τὸν ἐλάττω ἀριθμὸν ὑπ᾽ ἐκείνου τοῦ πλείονος ἀφαιρεῖν. Herodian.

iis

iis dixi duobus lapidibus seruari solis: nam, tametsi videatur quodammodo restare in marmore, quod inter Oxoniensia signatur CLV, et similiter rationarium quoddam expensarum in sacris factarum complectitur, (ΛΟΓΟΝ, vt ibi dicitur, ΙΕΡΟΝ;) veruntamen, cum marmor, quod diutius interiit, negligenter admodum sit descriptum, iure inter res deperditas numerare possumus.

In publicis itaque archiuis, eo *Herodiano* auctore[a], perpetuo olim obtinuit apud Graecos haec ratio supputandi. His enim notis ait se vidisse descriptas pecuniarias *mulctas* in legibus Solonis, easque in *cippis* etiam, *plebiscitis*, *legibus*, ceterisque id genus monumentis contineri. Praeterea autem in librorum coronide nonnunquam exstitisse [b] confirmat, proculdubio vt memoriam et quasi registrum conseruent versuum siue στίχων qui in eo codice exarabantur. Solenne enim fuit antiquis non solum ea quae versibus, verum quae soluta erant oratione conscripta, per cola et commata (στίχους scilicet) describere[c], eo nimirum fine vt in infima cera numerari et computari possent. *Vno hoc volumine*, inquit *Nepos* in Epaminonda, *vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim* multis millibus versuum *complures scriptores ante nos explicarunt.* Et Imp. *Iustinianus* memoriae prodidit se in Digestis concinnandis, *in centum quinquaginta pene millium* versuum *totum opus consummasse*[d]. Similiter ait *Dionysius Halicarnassensis*[e] *Demosthenem* reliquisse πέντε ἢ ἕξ μυριάδας ΣΤΙΧΩΝ.

Vt vero ad numerorum notas reuertar, facillime ex iis quae dixi constabit, Romanos, vt in omni literarum genere, ita in his quoque arithmeticis compendiis et notandi vsu, Graecorum fuisse aemulos: in ea parte solummodo duces deserere ausos, quod, cum Graeci ad numerum designandum primam literam numerali nomini detraxerint, Romani, eadem licet progressione vsi, alia prorsus signa in vnoquoque flexu adhiberent, quae hodie etiam obtinent; verum ea neque a nomine numeri deriuata, neque adeo ab ipso Alphabeto Romano, sed a veterrima, quaecunque demum fuerit, figura, et aeui vetustate, et scribarum vel incuria vel imperitia detorta et immutata. Neque enim

[a] Ἀλλὰ καὶ παρὰ Σόλωνι τῷ τοὺς νόμους Ἀθηναίων γράψαντι, τὰ ἐπ' ἀργυρίῳ ΠΡΟΣΤΙΜΗΜΑΤΑ τούτοις ὁρῶ τοῖς γράμμασι σεσημασμένα· καὶ ΣΤΗΛΑΣ δὲ τὰς παλαιάς, καὶ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ, καὶ ΝΟΜΟΥΣ πολλοὺς οὕτως ἐστὶν εὑρέσθαι τὰ τῶν ἀριθμῶν σημεῖα ἔχοντας. [b] Καὶ γὰρ ταῦτα ἔν τε ταῖς γραφαῖς τῶν βιβλίων ἐπὶ τοῖς πέρασι ὁρῶμεν γραφόμενα. [c] *Nemo cum Prophetas* versibus *viderit descriptos, metro eos existimet apud Hebraeos ligari, et aliquid simile habere de psalmis et operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene et Tullio solet fieri, vt per cola scribantur et commata,* quae vtique prosa et non versibus conscripserunt, *Nos quoque* —— *interpretationem nouam nouo scribendi genere distinximus.* Hieron. *Praef. ad Esaiam.* [d] l. 2. §. 1. *C. de Vet. Iure enucl.* [e] *De Demosth.* δεινότητι, circa finem.

mihi

mihi facile perſuaſerit *Priſcianus*[f], Quinque per V deſcribi, quia *quinta* fuerit vocalis[g]; Decem per X, quia *decima* est conſonans *apud Graecos*, vel quia post V apud Latinos X ſequitur; Quinquaginta per L, quia *apud antiquos Graecos*[h] L pro N, quae nota est quinquaginta, ponebant, vnde Latini *Lympha* dicunt pro *Nympha*; Centum deinde per principalem nominis literam C; Quingena per ſequentem literam conſonantem, nam post C, D ſequitur, et ſimiliter fere de reliquis. Haec, inquam, tametſi ingeminet vetustus ille Grammaticus, et cum eo plerique ex eadem *gente* (quo nimirum vocabulo et *artem* pariter et *ſermonem* includi velim) nunquam tamen adducar vt credam Romanorum notas tam infelici et inficeto commento explicari aut definiri poſſe. Et in hoc argumento recentiorum, quos ſupra laudaui[i], auctoritatem potius ſequor, quam istius Grammatici inuenustam et ridiculam criſin, ab omni et ingenio et probabilitate prorſus ſeiunctam.

In Monumento itaque nostro, numerus col. 1. l. 24.

Η Η Η 𐅄 Δ Δ Δ erit C C C L X X X.

et col. ead. l. 25.

Χ 𐅅 Η Η Η Δ Δ Δ Δ Π M D C C C X X X X V.

Atque ita porro in eadem ratione. Sed cum hae notae non ſolum numerorum potestatem deſcribant, verum etiam argenti, vt dicitur, ſummam; cum deſiderari videatur figurarum, quemadmodum nos dicere et ſcribere ſolemus, *Denominator*; cum a me quaeri video, quinam et cuiuſmodi ſint isti nummi trecenti et octoginta, et rurſus, mille octingenti quadraginta quinque; et vnde et quibus rationibus hoc eruerim; id omne erit a me, et a lectore qui hac literarum nouitate et iucunditate capitur, penitius paulo diſpiciendum.

Constabant et conficiebantur rationes Atticae *Talento*, *Mina*, *Drachma*, *Oboloque*. Nam tametſi Obolus et ſuas quoque partis

[f] *De figuris numerorum:* cuius verbis ipſiſſimis in hoc loco vtor. [g] Vir doctiſſimus, a quo *Priſcianus* quoad cetera merito vapulat ob incoctum hoc iudicium de literarum in computando potestatibus, labi mihi videtur, vbi queritur V conſonantem, non U vocalem, vt debuit, ſi vera eſſent quae profitetur *Priſcianus*, ad numerum quinarium denotandum adhiberi. Quid? Potuitne ille ignorare, Romanos non ſolitos V conſonam figura, ſed potestate ſola, a vocali dirimere, eamque formam, quam ille complectitur, veteribus fuiſſe prorſus incognitam? Vide *Bibliothecam Literariam*, N. 8. p. 20. [h] Iterum idem *Priſcianus* l. 1. c. 4. ad finem: *Solebant vetustiſſimi Graecorum L pro N ſcribere, vnde quinquaginta quoque numeri ſignum, quod illi per N ſcribunt, nos per L more illorum antiquiſſimo ſcribimus.* Frigidiſſime. Qualis enim est ille cento Graeci cum Latino alphabeto, ad Latinos numeros exprimendos? Tum autem praeterea veterrimi Latini hunc calculum notaſque excogitarunt diutius antequam N Graecorum in eam potestatem veniret, vt numerum quinquagenarium repraeſentaret. Istud erat inuentum ſerioris aeui et recentioris longe ſcholae. [i] ſc. pag. 21.

habuerit, in quas iterum refolueretur, familiariffima tamen erat et vfitatiffima ea quam adhibui nummorum distinctio. Vnde antiquus Scriptor [k],

> *Cecropium fuperest post haec docuiffe Talentum,*
> *Sexaginta Minas, feu vis, fex millia Drachmon,*
> *Quod fummum doctis perhibetur pondus Athenis,*
> *Nam nihil his Oboloue minus, maiufue Talento.*

Memineris enim, quaecunque a veteribus de *ponderibus*, de *stathmo*, feu *libra* Attica dicuntur, eadem quoque mente de re *numifmatica* intelligi debere. Nam vtrobique *vocabulorum momentorum*que vna eademque fuit ratio: neque aliter calculos ad lancem et stateram fubduxit libripens, aliter in taberna argentarius dum foenus exercuit. Minus itaque mirum, fi enafceretur aliquando in oratione obfcuritas, vt merito conqueritur *Pollux* [l] ad locum istum *Aristophanis* [m].

> Ορᾶτε μέν με δεόμενον ΣΩΤΗΡΙΑΣ
> ΤΕΤΡΑΣΤΑΤΗΡΟΥ καὐτόν.

ἀμφίϐολον, εἴτε ΡΟΠΗΝ εἴτε ΑΡΙΘΜΟΝ λέγει.

et fimiliter istud *Cratetis* [n],

> πρῶτα μὲν
> ΤΑΛΑΝΤΙΑΙΟΣ ὅστις ἐστ' αὐτῶν, λέγε.

vbi etiam fubiungit, ἄδηλον εἴτε ΤΙΜΗΝ εἴτε ΡΟΠΗΝ λέγει [o].

[k] *Q. Rhemnius Fannius Palaemo de ponderibus et menfuris.* [l] L. IX. c. VI. §. 58. [m] *Ecclef.* 412. [n] *Poll.* L. IX. c. VI. §. 53. [o] Olim, ante nummos fc. inuentos, omne commercium in *rebus* permutandis stetit, vti ex *Homero* et prifcis maxime auctoribus eruerunt ICti. Cum autem ea res difficilis foret, *nec facile concurrebat, vt, cum tu haberes quod ego defiderarem, inuicem haberem quod tu accipere velles, electa materia est, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis fubueniret*, quemadmodum loquitur *Paulus ad Edictum* l. 1. pr. *D. de contrahenda emtione.* Aliquandiu igitur in aere graui et rudi constitit nummus, qui ad vfum in mercimoniis appendi, et menfurari folebat: cuiufmodi generis trutina in aede Saturni ad *Varronis* vfque aetatem adferuabatur. Recentioris erat multo aetatis monetam cudere, fignare, et ex forma publica vim et effectum tribuere, vt fcribit *Aristoteles* I. *Polit.* 9. Τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ ΣΤΑΘΜΩΙ, τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιϐαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς. Adhaefit tamen ex antiquiori aeris trutinandi ratione perpetua fere communio inter lancem et nummum. *Populus Romanus ne argento quidem fignato ante Pyrrhum regem deuictum vfus est.* Librales, *vnde etiam nunc* libella *dicitur, et* dupondius, appendebantur *affes. Quare* aeris grauis *poena dicta. Et adhuc* expenfa *in rationibus dicuntur, item* impendia *et* dependere. *Quin et militum* stipendia, *hoc est, stipis* pondera, difpenfatores, libripendes *dicuntur.* Plin. XIII. 3. Inde Οϐολοστατεῖν, Στασιμὸν et cetera istiufmodi vocabula in re nummaria Athenienfium. Inde a Romanis eleganter dici folebat, *Poenas* etiam *pendere.* Qui enim poenas dederit, ille quafi *debitum exfoluere* intelligitur. Et recte. Nam apud ICtos, cum obligatio omnis est vel ex contractu, vel ex culpa, poena, quae ex obligatione nafci intelligitur, naturam quafi *aestimationis* et *debiti* induere videtur.

Talen-

Talentum autem, ſiue in lance et statera appenſum, ſiue ad menſam danistarum numeratum, eam habuit ad ceteras ponderis nummique ſpecies rationem, quam hic ſubiunxi ; nimirum,

1 Talentum = LX Minae.
1 Mina = C Drachmae.
1 Drachma = VI Oboli.

Cum itaque valeret Drachma Attica, perinde vti Denarius Romanorum [p], monetae Anglicanae VII denarios cum ſemiſſe, ſiue octenos iuxta, ex elegantiori calculo, ſequetur Talentum Atticum = LX Minas = IↃↃCIↃ Drachmas, constare libris Anglicanis centum octoginta ſeptem cum ſemiſſe, ſi minorem computum recipias, ſin maiorem, aequiparare fere ducentas. Talentum ergo cum Mina Attica, nummus, *νόμισμα*, non erat, neque tanta argenti lamina facile aut cudi, aut in loculis portari, aut permutari in contractibus potuit ; non a rigido ſene in arca includi, non ad damnoſam aleam ab infrugi iuuene deponi ; a rationibus ſolummodo et tabulis vſum mutuabantur, formam et figuram ab incude deriuare non poterant.

Statuo igitur argenteis vt plurimum nummis vſos fuiſſe Athenienſis, eorumque ſpeciem familiariſſimam et vſitatiſſimam, immo ſolam fere popularem, fuiſſe Drachmam, primam quam vere dixeris

Conciſum argentum in titulos facieſque minutas [q],

neque excudi Minam, nedum Talentum. Cui rei multa magnopere fauent, etiam ea quae prima facie aduerſari maxime videantur. Nam

[p] *Drachma Attica Denarii argentei pondus habet : eademque ſex obolos pondere efficit.* Plin. XXI. 34. *Talentum Atticum est ſex millium denarium.* Festus. *Aristotelem traditum libros pauculos Speuſippi philoſophi post mortem eius emiſſe talentis Atticis tribus. Ea ſumma fit nummi nostri Sestertium duo et ſeptuaginta.* Gell. III. 17. Recte. Sestertius erat quarta pars Denarii. Ergo 72000 Sestertii = 18000 Denarii = 3 Talenta. Iterum ; *Equus Alexandri regis et capite et nomine Bucephalus fuit. Emptum Chares ſcripſit talentis tredecim, et regi Philippo donatum. Aeris nostri ſumma est Sestertium* CCCXII. Idem *Gell.* V. 2. Qui etiam I. 8. *μυρίας δραχμὰς*, quas Lais noctis mercedem poſcebat, interpretatur *denarium decem millia.* Πρόδηλον ὅτι ΔΡΑΧΜΗΝ λέγομεν νῦν ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὅπερ Ρωμαῖοι ΔΗΝΑΡΙΟΝ ὀνομάζουσιν. Galen. l. 8. *de compoſit. medicin.* Elicitur idem ex *Liuio* XXXIV. 50. *Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius ſcribit centum talentis eam rem Achaeis stetiſſe : quum quingenos denarios precium in capita, quod redderetur dominis, statuiſſent. Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.* Ad quae verba *Priſcianus* de ponderibus. *Qua ratione ostenditur ſex millia denariorum habere talentum. Nam quum quingeni denarii pro mille ducentis captiuis dati colligantur ſexcenta millia denariorum, centum ea ostendit fuiſſe talenta. Centeſima antem pars ſexcentorum millium, ſex millia inueniuntur.* Ἐκεῖνος μὲν οὖν [Camillus] ὦφλε τὴν δίκην ἐρήμην, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον. Plutarch. in *Camillo.* Ea constantia Romani ſcriptores, quos laudaui, ſunt autem ex infinitis pauciſſimi et ſelectiores, *drachmam* Graecorum ſuo *denario* interpretantur : rotunde magis et ciuiliter, quam accurate et philoſophice. Nummi erant non stricte ἰσοδυναμοῦντες, valore tamen proximi, et vterque domi ſuae in commercio erat primarius, et quaſi cardo rei monetariae. [q] *Iuu.* XIV. *Sat.* 291.

constat in vſu etiam fuiſſe et didrachmum et tetradrachmum, ſiue ſtaterem argenteum. Tetradrachmum enim, vt liquet ex *Scholiaſte Ariſtophanis* [r], nummus erat, quem ſignabant ex vna parte Mineruae imagine, ex altera noctuae, cuiuſmodi etiam ad noſtra tempora reſeruantur. Deinde autem et aurum fuiſſe aliquando percuſſum docet *Ariſtophanes* [s], apud quem finguntur ſeruuli *aureis ſtateribus* par impar ludere:

> Στατῆρσι δ᾽ οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
> Χρυσοῖς.

Eſto ſane. Verum in iſtis quis non videt Drachmam ſolummodo πολλαπλασιόνως accipi, et ad eam quaſi ad obruſſam exigi omnia et adtemperari? Nihil ex iſta, quam diximus, praerogatiua decedit, ſi in obolos aliquando commercii cauſa diſtrahatur, tantum, ſi aliquando in nummos cognomines propter compendium multiplicetur. Ad ſtaterem igitur vſque, qui IV drachmas valebat, nonnunquam progreſſum eſt: idque etiam numiſma conſtat vbertim olim excudi. Cum M. Acilius de rege Antiocho et Aetolis triumphauit, *praelata ſunt ſigna militaria ducenta triginta, et argenti infecti tria millia pondo*; ſignati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia. *Liu.* XXXVII. 46. De his etiam liquet numiſmatibus, quod cum rudes eſſent a fuſore, et incompoſite cuſi, pondere tamen delicatiores nummos praegrauarent. Zeno enim apud *Laertium* [t] dicere ſolebat, elegantis et bellulos ſermones Alexandrinae pecuniae ſimilis eſſe, εὐοφθάλμους μὲν καὶ περιγεγραμμένους, οὐδὲν δὲ διὰ ταῦτα βελτίονας· contra, qui ſecus eſſent, τοῖς Ἀττικοῖς τετραδράχμοις ἀφωμοίου, εἰκῆ μὲν κεκομμένους, καὶ σολοίκους, καθέλκειν μέντοι πολλάκις τὰς κεκαλλιγραφημένας λέξεις. Hic tamen ſtetit moneta iſta compendiaria. Quae enim de Pentadrachmis, Hexadrachmis, et Pentecontadrachmis a Veteribus dicuntur, ea omnia aut ad *valorem* [u], non ad εἶδός τι κεχαραγμένον, referuntur, aut aliarum erant gentium, quarum in rebus numiſmaticis rationes proportioneſque penitus ignorantur. Nemo certe prodidit, morem fuiſſe Athenienſibus *centenas* drachmas in vnam et immaniſſimam imaginem conflare, aut eos tam *grandi* pecunia mercari vnquam aut obſonari ſolitos. Nonne vero potuit Mina fuiſſe ex auro? Nam id erat

[r] Πάνυ τιμῶντες Ἀθηναῖοι [γλαῦκα] διὰ τὴν θεὸν ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐνεχάραξαν νομίσμασι. Et, Η γλαὺξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμου. *Schol. ad Auis* 1106. [s] *Plut.* 817. [t] §. 18.

[u] Verbi gratia, ſi dixerit *Xenopho* ἐκ Χίου ΠΕΝΤΑΔΡΑΧΜΙΑΝ ἑκάστῳ τῶν ναυτῶν ἐφοδιασάμενος, aut *Plato*, εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, non protinus neceſſe erit intelligere numiſma ſingulare iſtius ponderis aut imaginis: nihilo magis, quam vt εἰκοσίμνως ἔρανος *Lyſiae*, Terentii *Res talentum decem*, aut etiam *Demoſthenis* Ἑξηκονταταλαντία de nummi ſpecie dicantur.

pro-

proximum. Multo minus. Signabatur Athenis stater aureus, pondo quidem didrachmus, atque idcirco, cum aurum ibi ad argentum decuplam habebat rationem, viginti drachmis aestimatus[x]. Signabatur autem *solus*, idque abunde ex *Polluce*[y] constat. Εἰ μὲν ΧΡΥΣΟΥΣ εἴποις, προσυπακούεται ὁ στατήρ· εἰ δὲ στατὴρ εἴποις, οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς. Erant enim Stateres argentei.

Cum haec sit DRACHMAE condicio et proprietas, obtinuit diutius, vt in computis Atheniensium numerale nomen solitarie positum eam *peruulgatissimam* nummi speciem semper desideret, eamque subintelligi ostendat. Cuius rei cum exempla apud probatissimos scriptores occurrant fere infinita, vnum et alterum delibaui certissimae fidei, quae lectori ob oculos ponerem, vulgatiora alia ad marginem * redegi, inde, vt cuiuis vacare contigerit, pro arbitrio depromenda. Qui *Demosthenis* vitam literis consignarunt, aiunt vno ore eum iniuriam quam a Midia, homine petulanti, acceperat, *ter mille* nummis transegisse. Τυπτηθεὶς ὑπὸ Μειδίου ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΙΣ ἐπείσθη. Suid. Αἱ δὲ ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΙ καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν. Plutarch. Μειδίαν εἰς κρίσιν κατέστησε, ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΣ δὲ λαβὼν παρ' αὐτοῦ τῆς δίκης ἀπέλυσε. Photius. Quae omnia veluti commentario explicat *Aeschines*[z], cuius verba de hac ipsa re sunt, ἀπέδοτο ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΜΝΩΝ τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν. Ecce,

CIↃ CIↃ CIↃ Drachmae = XXX Minae = ½ Talenti.

Iterum. Stetit Athenis *mille* nummis Rhetoricam discere. Id erat Magistrorum quasi solenne et legitimum stipendium. *Siquis Rhetor*, ait disertissimus Scriptor *Lycurgus*, propediem ex scriniis meis exiturus, *profiteretur* τοὺς υἱοὺς ἀμείνους ποιήσειν, οὐ ΧΙΛΙΑΣ, ἀλλὰ τὰ ἡμίση τῆς οὐσίας προσιέσθω[a]. Scriptum est etiam, *Demosthenem Isocrati* φιλοφρόνως μετὰ σπουδῆς προσελθεῖν, καὶ ΧΙΛΙΑΣ μὲν ἃς μόνας διεπράττετο, οὐκ ἔχειν φάναι παρασχεῖν, ΔΙΑΚΟΣΙΑΣ δὲ δώσειν, ἐφ' ᾧ τε τὸ πέμπτον μέρος ἐκμαθεῖν. Cui facetissime respondit *Isocrates*, οὐ τεμαχίζομεν, Δημόσθενες, τὴν πραγματείαν[b]. Hos autem *mille* nummos non alios quam *drachmas* fuisse, id etiam disertissima oratione felicissime euincitur. Ἐχρήσατο [Demosthenes] Ἰσαίῳ πρὸς τὴν λόγων ὑφηγητῇ, καίπερ Ἰσοκράτους τότε σχολάζοντος, εἴτε, ὥς τινες λέγουσι, τὸν ὡρισμένον μισθὸν Ἰσοκράτει τελέσαι μὴ δυνάμενος, ΤΑΣ ΔΕΚΑ ΜΝΑΣ, διὰ τὴν ὀρφανίαν, εἴτε κ.τ.λ.[c] Hem! spectes

CIↃ Drachmae = X Minae.

Ita

[x] Τὸν δὲ χρυσοῦν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς Πολέμαρχός τι φησὶ δύνασθαι δραχμὰς δύο, τὴν δὲ χρυσῆν δραχμὴν νομίσματος ἀργυρίου δραχμὰς δέκα. Hesych. Add. *Poll.* l. IX. c. VI. §. 76. [y] L. IX. c. 6. §. 59. [z] *c. Ctesiph.* §. 20. [a] *Plutarch.* in *vita Lycurgi.* [b] Idem in *vita Isocratis.* [c] Idem in *Demosthene* inter vitas parallelas. * Νόμου γὰρ ὄντος Ἀθήνησι τότε μὴ χορεύειν ξένον,

Ita numerabant et loquebantur Attici. Ego tamen, ne in vlla parte veritatis deessem, libenter addo quae sequuntur, illustrissima sane et momenti non paulo grauioris. Hunc enim Atticismum egregie confirmant. Cuiusmodi sunt, quod *Aeschines* ad exsilii solamen dicitur accepisse a *Demosthene* ΜΥΡΙΑΣ ΑΤΤΙΚΑΣ [d], et quod legitur in *Iosepho* [e], *δύο* ΜΥΡΙΑΔΩΝ ΑΤΘΙΔΩΝ. Diserte etiam et extra omnem dubitationem Inscriptio vetus [f].

Η. ΓΕΡΟΥΣΙΑ.
ΚΥΡΟΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ. ΑΡΧΙΑ
ΤΡΟΝ. ΑΡΙΣΤΟΝ. ΠΟΛΕΙΤΗΝ. ΕΠΙ
ΣΗΜΟΝ. ΠΡΟΣ. ΠΟΛΛΟΙΣ. ΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΜΑΣΙΝ. ΕΙΣ. ΑΥΤΗΝ. ΑΛΕΙΨΑΝΤΑ.
ΛΑΜΠΡΩΣ. ΚΑΙ. ΠΟΛΥΔΑΠΑΝΩΣ. ΚΑΙ.
ΑΣΥΓΚΡΙΤΩΣ. ΚΑΙ. ΑΠΟΧΑΡΙΣΑΜΕ
ΝΟΝ. ΧΕΙΛΙΑΣ. ΑΤΤΙΚΑΣ. ΤΗΙ. ΓΕΡΟΥΣΙΑΙ.

ἢ ΧΙΛΙΑΣ *ἀποτίνειν τὸν χορηγὸν, ἅπαντας εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς χορεύοντας, ἅμα καὶ τὴν ζημίαν ἀνὰ* ΧΙΛΙΑΣ *ὑπὲρ ἑκάστου εἰσήνεγκεν.* Plutarch. in *Phocione.* In Iure Attico Accusator *τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβὼν τῶν ψήφων, ὦφλε* ΧΙΛΙΑΣ. Argum. *Orat. Demosth. c. Aristogit.* Et, *Εἰ γὰρ κατηγορήσας τοῦ ψηφίσματος τοῦ Εὐκτήμονος ἡττήθη, πρόδηλον ὅτι κατέβαλε τὰς* ΧΙΛΙΑΣ. Schol. *Vlpiani ad Demosthenis Midianam.* Vnde *περὶ* ΧΙΛΙΩΝ *ἐκινδυνεύομεν.* Demosth. *c. Androt.* *Εν* ΧΙΛΙΑΙΣ *ὁ κίνδυνος —— καταμέμφη σεαυτὸν, καὶ πένης ὢν οὐκ ἂν ἔχοις* ΧΙΛΙΑΣ *ἐκτίσαι.* Id. *ibid.* *Εμοὶ δ' ἐν* ΧΙΛΙΑΙΣ *ὑπὲρ ὑμῶν ἐσθ' ὁ κίνδυνος.* Id. *c. Timocrat.* *Τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταλαβὼν ὦφλε* ΧΙΛΙΑΣ. Id. *ibid.* *Οτι* ΧΙΛΙΑΣ *ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες.* Harpocr. ex *Hyperide.* *Ανδριάντα γοῦν* ΤΡΙΣΧΙΛΙΩΝ *πιπράσκεσθαι, χοίνικα δ' ἀλφίτων δύο χαλκῶν.* Diog. Laert. in *Diogene Cynico.* *Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν* [Diogenem] *καὶ εἰπόντος,* ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΙ *σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν, ἔφη,* ΤΡΙΣΧΙΛΙΑΙ *σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ.* Id. *ibid.* *Πυθέσθαι πόσας εἰσπράττεται μισθοῦ, ἀκούσαντα δὲ* ΕΚΑΤΟΝ, ΔΙΑΚΟΣΙΑΣ *δοῦναι.* Id. in *Zenone.* *Καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱέρειον, ἀλλὰ* ΜΥΡΙΑΙ *κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νεοῖς.* Lucian. in *Eunucho.* *Αξιόπιστον δὲ πρέποντα ταῖς* ΜΥΡΙΑΙΣ *ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι.* Id. *ibid.* *Προέστη δὲ καὶ τῶν Αθηναίων νεότητος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως* ΜΥΡΙΑΙΣ. Philostrat. in *Theodoto.* *Ο δὲ παρελθὼν εἰς αὐτοὺς ἐκκλησιάζοντας, διέλυσε τὴν πρέσβευσιν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰπὼν, οὐχ αἱ* ΜΥΡΙΑΙ *τὸν ἄνδρα;* Id. in *Chresto.* Satis sententiam nostram confirmant ea quae produxi, quorum etiam nonnulla, credo, praeripuerunt Viri doctissimi qui operam huiusmodi rebus impenderunt. Adiicere mihi liceat, adeo familiarem fuisse hanc loquendi formulam, vt Drachmae aliquando impune reticerentur, etiam cum periculum fuerit aut erroris aut obscuritatis ex tam negligenti, vt videri possit, constructione. Exemplum sumas. *Plutarch.* in vita *Demosthenis.* *Απὸ τῆς ἰδίας οὐσίας εἰσήνεγκε τὸ ἀναλωθὲν ἀργύριον,* ΜΝΑΣ ΕΚΑΤΟΝ, *ἐπέδωκε δὲ καὶ θεωροῖς* ΜΥΡΙΑΣ. Quid? *drachmas* sane, non *minas*, vt exspectare forsan potuit lector minus attentus. *Lysias c. Diagit.* p. 506. Edit. London. *Ναύτικα δὲ ἐπέδειξεν ἐκδεδόμενα ἑπτὰ τάλαντα καὶ* ΤΕΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΜΝΑΣ, ΧΙΛΙΑΣ *δὲ ὀφειλομένας ἐν Χερρονήσῳ.* Minas XL, *Drachmas* vero mille. *Isaeus* de hered. Philoctemonis: *Αποδίδοται ἀγρὸν μὲν Αθμονοῖ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα* ΜΝΩΝ *Αντιφάνει, τὸ δ' ἐν Σηραγγείῳ βαλανεῖον* ΤΡΙΣΧΙΛΙΩΝ *Αριστολόχῳ, οἰκίαν δὲ ἐν ἄστει τεττάρων καὶ τεσσαράκοντα* ΜΝΩΝ *ὑποκειμένην ἀπέλυσε τῷ ἱεροφάντῃ.*

[d] *Anton.* et *Maxim. Serm.* VIII. [e] *Antiq. Iud.* l. XVIII. [f] *Wheler.* p. 77. *Spon. Miscell. Erud. Antiq.* p. 142. *Vandale. de Antiquitatibus et Marmoribus*, p. 716.

Vir

Vir doctiſſimus [g] in ea explicanda immerito aeſtuat propter has *mille Atticas*, neque ſe legiſſe profitetur *de aliqua moneta aut argenti ſumma, quae* Ἀττικὴ *vocaretur.* Non *Darici* ſunt intelligendi, vt ille ſuſpicari videtur; non *Minae*; non denique marmorarius *oblitus* erat exarare verbum δραχμὰς, ſed prudens ſcienſque, patrio loquendi ritu, planiſſume neglexit.

Erat etiam in rationibus Romanorum quod cum hac reticentia comparare poſſis. Non *Sestertius*, aut *Denarius* ab incude et moneta nominabantur, verum erant mere numeralia, ſuppreſſo eo quem vocamus denominatore. In vtraque voce *Aſſem* deſideramus [h], vt in Graecis ΔΡΑΧΜΗΝ. Et *Denarius* quidem denos aſſis valebat, *Sestertius* duos cum ſemiſſe. Nam haec poſterior vox, praeter id quod reticeatur valor, illud quoque cum Graecis habet commune, quod iam explicabo. Nimirum, vt ait *Chariſius* loco proxime laudato, *Dupondius Semis* ($= 2\frac{1}{2}$) Sestertius dicitur, *quod de tribus aſſibus ſemis deficiat.* Et *Vitruuius* III. I. *Nostri in denario denos aereos aſſis constituerunt —— etiamque quartam eius partem, quod efficiebatur* ex duobus aſſibus et tertio ſemiſſe, *ſestertium nominauerunt.* Sestertius igitur est Semistertius, atque elliptice deſunt in oratione tot aſſes integri, quot dimidiatam hanc rationem antecedunt [i]. Vti obtinet apud Graecos.

Iul. Pollux L. IX. C. VI.
§. 54.

Αρχαία δὲ ἡ χρῆσις καὶ ἡ τοῦ πέμπτον ἡμιτάλαντον, καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον, καὶ ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Τὸ δ᾽ ἦν τέσσαρα ἥμισυ τάλαντα, ἢ δύο ἥμισυ, ἢ ἓξ ἥμισυ. Καὶ ὅλως, ὁπόσον φήσει τις ἡμιτάλαντον, τὸν ΠΡΟ ΑΥΤΟΥ ΑΡΙ-

Vetus autem mos est dicere (1) *quintum ſemitalentum, et* (2) *tertium ſemitalentum, et* (3) *ſeptimum ſemitalentum. Illud autem est,* (1) *quatuor integra talenta cum ſemiſſe, aut* (2) *duo cum ſemiſſe, aut* (3) *ſex cum ſemiſſe. Et in ſumma, quotcunque quis ſemitalenta enunciet,* PRAECE-

[g] *Miſcell. Obſeru.* Vol. III. p. 203.

[h] *In argento nummi* denarii, *quod* denos *aeris valebant.* Varro de L. L. 4. *Aſſarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur —— Subauditur nummus,* vt Sestertius nummus et denarius nummus. *Nam id nummum appellamus, quod Graeci* νόμισμα. *Sestertius autem vnde appellatur, ſolet quaeri; quod manifestum erit, ſi ſciamus apud antiquos* denarium decem aſſis habuiſſe. *Ideoque in rationibus faciendis denarium decuſſi* X *inductum notamus* etc. Soſip. Chariſius Instit. Gram. l. I. *Graue aes dictum a pondere, quia deni aſſes ſinguli pondo libras efficiebant,* denarium *ab hoc ipſo* numero *dictum.* Festus.

[i] *Sestertius duos aſſis et ſemiſſem,* quaſi ſemis tertius, *Graeca figura,* ἕβδομον ἡμιτάλαντον. *Nam ſex talenta et ſemitalentum eo verbo ſignificantur. Lex etiam* XII *tabularum argumento est, in qua duo pedes et ſemis ſestertius pes vocatur.* Voluſius Maecianus de aſſe. *Trientem tertium pondo coronam auream dediſſe Ioui donum ſcripſit Quinctius Dictator, cum per nouem dies totidem vrbis et decimam Praeneste cepiſſet. Id ſignificare ait Cincius Mystagogicon libro ſecundo, duas libras pondo et trientem, qua conſuetudine hodieque vtimur cum lignum bes alterum dicimus, id est, duos aſſis et ſemiſſem tertium: item, ſi tres aſſes ſunt, et quartus quadrans.* Festus.

DENTEM

ΘΜΟΝ ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ εἶναι δεῖ· ἐὰν μὲν ἕβδομον, τὸ ἕξ· ἂν δὲ τρίτον, τὸ δύο· σὺν δὲ τούτῳ ΤΟ ΗΜΙΣΥ πάντως ἐπαριθμεῖν.

DENTEM NVMERVM PERFECTVM *esse oportet (vti si septimum, sex, si tertium, duo) cum hoc autem* DIMIDIVM *vbique* ADNVMERANDVM.

Inde frequentissime apud optimos scriptores,

Ἕβδομον ἡμιτάλαντον	=	VI Talenta $\frac{1}{2}$.
Τρίτον ἡμίδραχμον	=	II Drachmae $\frac{1}{2}$.
Τέταρτον ἡμίμναιον	=	III Minae $\frac{1}{2}$.

Multum enim interest, an ἕβδομον ἡμιτάλαντον scribas[k], an ἑπτὰ ἡμιτάλαντα[l],

quorum	illud	valet	sex talenta	cum semisse.
	hoc		tria tantum	

Legitur Croesus Delphis consecrasse imaginem leonis ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. Incensa postmodum aede, et liquefacto auro, νῦν κεῖται ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον· ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμιτάλαντον, sc.

ἕλκει νῦν	——	Talenta VI $\frac{1}{2}$
ἀπετάκη	——	III $\frac{1}{2}$
τὸ ὅλον		X

Ad quem locum *Didymus*, scriptor vetustus, qui librum edidit *de Analogia Graecorum et Romanorum*, hoc scholion adposuit: Εἰδώλων (f. Η δῆλον) τῶν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα. κατὰ λέγει ἔχειν (f. ἕλκειν quod de ponderibus solenniter dici solet) ἕβδομον ἡμιτάλαντον· τουτέστιν, ἓξ ἥμισυ τάλαντα, *sex talenta cum dimidio.*

Longius autem grassatur Romanorum licentia, nam et aliquando per Ellipsin subauditur, qui et ipse Elliptice dici solet, vt vidimus, *Sestertius:* aliquando etiam numerus *millenus*, (more Iudaeorum, qui annos a mundo exorso *secundum minorem*, vt aiunt, *computum*

[k] Ita Hesychius: Τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο δραχμαὶ, καὶ τριώβολον. i. e. quandoquidem Drachma valebat senos obolos, *duae drachmae cum semisse.* Τρίτον ἡμίδραχμον τὰς δύο ἥμισυ δραχμὰς οὕτως εἰώθασιν ὀνομάζειν οἱ παλαιοί. Moschop. π. σχεδ. [l] Nam et hac etiam locutione vtuntur veteres. Προσαιτοῦσι δὲ μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν οὗ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ τρία ἡμιδαρεικὰ τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ. Anabas. l. 1. p. 252. Edit. 1625. Ita ἐν Πόροις p. 925. Φιλημονίδῃ δὲ τριακόσια ἡμίμναια, ni locus ille sit luxatus, quod credo. Demosthenes *c. Androt.* Ο τῶν τριηροποιῶν ταμίας ἀποδρὰς ᾤχετο, ἔχων πέντε ἡμιτάλαντα. Idem *c. Theocrinem.* Ἐδόθη τρία ἡμίμναια τούτῳ τῷ ἀδωροδοκήτῳ. Vbi Interpretes operam ludunt. Proinde quasi fatale esset in hunc lapidem impingere. Nam ita etiam *H. Stephanus* in *Thes. Gr.* tom. 4. col. 1512. ista *Pollucis* l. IX. c. VI. §. 87. verba, δύναται δὲ ὁ νοῦμμος [i. e. Sestertius] τρία ἡμιωβόλια, *tris obolos* interpretatur. Omnino rectius *vnum obolum cum semisse.* Quidni enim? Cum Sestertius sit quarta pars denarii (siue, quod perinde est, drachmae) drachma autem sex obolis constet, perspicuum est, eius quadrantem *tris semiobolos* valere tantum.

nume-

numerant, omiſſo nempe millenario): aliquando etiam *vterque*. Id quod paucis exemplis illuſtrabimus.

Mullum ſex millibus *emit,*
Aequantem ſane paribus ſestertia libris.
Iuuen. IV. *Sat.* 15.

Si quadringentis *ſex ſeptem millia deſint,*
Plebs eris.
Hor. I. *Epist.* 1. 58.

Quadringenta *tibi non ſunt, Chaerestrate: ſurge.*
Martial. V. 26. 1.

Debitor decem *legauit Creditori, quae ei post annum ſub pignore debebat; non, vt quidam putant, medii temporis tantum commodum ex testamento debetur, ſed tota* decem *peti poſſunt.* l. 82. pr. D. de legatis 2. Quae locutio *Decem*, plena et integerrima fuiſſet *Decem — millia — ſemistertiorum — aſſium.*

Eo igitur animo, vbicunque in hiſce rationibus pecuniariis nuda occurrunt numeralia, de *drachmis* perpetuo et conſtantiſſime interpretor; cum nummus ille apud Athenienſis non ſolum momento et auctoritate maxime inſignis, verum etiam vſu et commercio erat frequentiſſimus, iuxta morem denarii ſeſtertiique Romani ad quem omnis calculus reuocari ſoleret. Summa itaque l. 15. erit DCCCC Drachmae, l. ſeq. DCC Drachmae, atque ita de reliquis. Verum cum Graecorum notae numerales ſint ſolummodo I, Π, Δ, ΙΔΙ, H, ΙΗΙ, X, ΙΧΙ, M, quaeri poterit, quid de iis fiet quas legimus

l. 13. T T T . X X X ΙΗΙ H H H H ΙΔΙ Δ Δ Δ Δ Ⱶ Ⱶ Ⱶ Ⱶ C

l. 30. ΠΤ T T T X X X X ΙΗΙ H Δ Δ Δ Δ Ⱶ Ⱶ Ⱶ Ⱶ II I

aliiſque quamplurimis. Aio itaque literam iſtam T, quae laeuorſum reperitur, et praeponitur Drachmis, *Talentum* deſignare, ſummam nimirum ex ſex millibus iſtius nummi conflatam, eique ex natura computi praefigi ſolitam. Id autem non vero eſſe proximum, ſed veritatem ipſam, parumper mecum contempleris.

I. Drachmarum nota millenaria X nullibi in rationario noſtro ſexies repetitur. Quod tamen omnino fieri debuiſſet, cum ibi occurrant plurimae rationes ſiue ſummae (Κεφάλαια Graeci dicunt; vid. Inſcript. col. 1. l. 13. 30.) quae ex multis millibus drachmarum conſtant; multorum ſcilicet nominum generales comprehenſiones; Totum denique et quoddam quaſi Integrum ex plurimis partibus conflatum. Quid igitur? Annon iure dicemus drachmas toties

iteratas, vt in his κεφαλαίοις fieri oportuit, iam in aliam crefcere poteftatem, eamque iam noua nota defignari et defcribi? Hac vero Mina fignificari non potuit, quae C tantum drachmas valebat. Talentum fit neceffe eft, cuius valor initiali nominis fui litera tum demum notari coepit; Talentum fc. quod faepiffime exfuperare magna vis drachmarum in isto computo debuit, quod earum *figna* exfuperant nunquam.

II. Secundo autem: Inter ciuitates Amphictyonicas, quae aliquid ad hoc feftum contulere, numeratur Parus infula. Quod ab hoc populo ad eam rem exigitur, fi vera funt ea quae nunc protuli, grandi et immani pecunia vniuscuiusuis populi erogationem vincit, nimirum, col. 2. l. 5.

	Τ Τ Τ Τ Χ 𐅅 Η Η Η Δ Δ Δ	
	Tal.	Drachm.
i. e.	IV ———	M D C C C X X X

Et recte fane. Neque profecto par erat leuiora exfpectare a ciuitate, quae, cum ex lapicidinis maximum quaeftum quotannis facere folebat, longe omnium ditiffima habebatur, quae in isto mari accolebantur. *Ex his Parum infulam*, opibus elatam, *quum oratione reconciliare non poffet*, etc. Corn. Nepos in *Miltiade*, §. 7. Ο δὲ Μιλτιάδης τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε· Πάρον δὲ ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΣΤΑΤΗΝ καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων κ. τ. λ. Ephorus apud *Steph. Byzant.* Non miraris, mi lector, me istam εὐδαιμονίαν de *opibus* intelligere; genium loquendi folummodo fequor, philofophiam antiquorum non amplector, qui in iis felicitatem poni poffe arbitrabantur. Et ita fcribebant paffim.

Οἱ δ᾽ ὥς τ᾽ ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν
Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς ΜΑΚΑΡΟΣ κατ᾽ ἄρουραν.

Hom. *Iliad.* Λ. 67.

Ημέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾷν νομίζουσι [Perfae] τῇ ἕκαστος ἐγένετο. ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιοῦσι προτίθεσθαι. ἐν τῇ ΟΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΣ αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι· ΟΙ δὲ ΠΕΝΗΤΕΣ αὐτέων τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων προτιθέαται. Herodot. *Cl.* 133. *Stratumque haberet tale, vt terra tecta effet stramentis, neque huc amplius quam pellis effet iniecta, eodemque comites omnes accubuiffent, veftitu humili atque obfoleto, vt eorum ornatus non modo in his regem neminem fignificaret, fed hominis non* beatiffimi *fufpicionem praeberet.* Corn. Nep. *Agefil.* iuxta finem.

Nec

Nec Tibi de Pario statuam, Germanice, templum
Marmore. carpſit opes *illa ruina meas.*
Templa domus vobis faciant vrbeſque beatae:
Naſo ſuis opibus, *carmine, gratus erit.*
Ouid. IV. *ex Ponto.* 8. 31.

Bono me ingenio eſſe ornatam, quam auro multo mauolo:
Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.
Bonam ego quam beatam *me eſſe nimio dici mauolo.*
Plaut. Poen. I. 2. 58.

III. Tertiam adiungo fidem ex foro boario petitam, ex mercimoniis P. A. rerumque venalium condicione. Nam pol perquam commode accidit, vel penitus adducor potius vt dicerem ſingulariſſima felicitate factum est, vt et Boum capita ad haec Delia peragenda praestinatorum, et ipſa argenti ratio qua coemerentur, planiſſumis et integerrimis literis diſertiſſime etiamnum legi poterint, [ſc. l. 35. col. 1.] cum ceteras fere omnis circumcirca expenſarum ratiunculas inuidioſa vetustas, vt ſolet, funestauerit. P. itaque Athenienſis, quaſi τῷ ὄντι ἑκατόμβην θύειν [m] voluiſſet (et voluiſſe credo, nam nouenos qui numerum centenarium exſuperant, addidiſſe videtur quaſi futuri providus) boues mercabatur

l. 35. Η Π ΙΙ ΙΙ —— CIX

pro quibus dinumerabantur

ibid. Τ Χ Χ Η Η Η Η Δ Π Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ

Id est, iuxta eum quem his rebus olim statui modum,

Tal. I. Drachm. CCIↃↃ CCCCXV.

quod efficit in ſingula boum capita drachmas LXXVII et quod excurrit, ſeu rotunde dici mauis, LXXX. Tu diiudica an mercatorio animo rem geſſerim. Omnino constat Solonis aetate, qui vixit Olymp. L[ma], bouem v drachmis venire, idque ex hoc loco *Plutarchi* [n]. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι ΠΕΝΤΕ δραχμὰς ἔδωκε· λυκιδέα δὲ ΜΙΑΝ· ὧν φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν ΒΟΟΣ εἶναι, τὸ δὲ ΠΡΟΒΑΤΟΥ τιμήν. Verum non diu stetit hoc precium, neque enim diutius stetit nummus et nummi potestas. Nam et argentum quoque ſuum precium habere ſolet, et ad ritum rerum venalium, quarum licitationi inſervit, foro etiam ſuo vtitur, et prae metalli raritate modo cariorem modo viliorem condicionem experitur. Minime tot drachmis venibat Bos Olympiade C[ma] iuxta aetatem marmorei huius Rationarii, quot veniuerit L[ma], ſed longe pluribus: quoniam creſcente indies, vt

[m] *Athen.* l. 1. iuxta initium. [n] In *vita Solonis.*

 ſolet

ſolet fieri, argento vileſcebat eius aestimatio. Quot vero veniuerit ea quam diximus aetate, cum hodie, quod ſciam, ſcriptum non reperitur, videndum num alia ratione id poſſimus exſculpere. Aio autem ex quincupla ratione quam Bos ad Ouem habuiſſe olim a *Demetrio Phalereo* dicitur, (quae fortaſſe ratio ſibi conſtare potuit, cum non potuit argenti) id aliquatenus eluceſcere poſſe. In hoc igitur computo faciendo videſis, mi lector, quam accurate quam religioſe me geram. Neque enim argumentum ſumo ex quotidiano pecore, et ad vſus domeſticos tantum ſaginato, verum (quoniam res agitur de Bobus ad maxima et grauiſſima ſacra delectis, de ΙΕΡΕΙΟΙΣ, vt dici ſolent, ΕΚΚΡΙΤΟΙΣ, quae nitore et precio erant maximo) non aliunde credidi par eſſe inſtitui rationes quam ex iis animalibus quae ſacris perinde destinarentur. Fallaci enim calculo duceretur lector minus attentus, neque fortaſſe quereretur ſibi fraudem fieri, ſi Taurum Ouemue *gregarios* ſolummodo adhibuiſſem, quorum precium trutinarem cum praeſtantioribus longe, *ad immolandum* ſumma cura et religione ſegregatis. Neque enim iiſdem nummis venire ſolebant. Ας γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν ἀξόνων ὁρίζει ΤΙΜΑΣ τῶν ΕΚΚΡΙΤΩΝ ΙΕΡΕΙΩΝ εἰκὸς μὲν ΠΟΛΛΑΠΛΑΣΙΑΣ εἶναι. Plutarch. in *Solone.* Ea religio *ſeligendi* antiquiſſima fuit et perpetua :

Δμῶες ἐμοὶ σταθμῶν σημάντορες, οἷσι μέμηλεν
Δεῦρο βόας ἀγέληθεν ΕΥΚΡΙΝΑΝΤΑΣ ἐλάσσαι.

Apollon. Rhod. I. 355.

Mactant lectas *de more bidentis.*

Virg. IV. *Aen.* 57.

Quatuor eximios *praestanti corpore Tauros.*

Id. IV. *Georg.* 538.

His adiunge inſcriptionem columnae Athenis ἐν τῷ Ανακείῳ, vti eam conſeruauit *Athenaeus* [o],

ΤΟΙΝ. ΔΕ. ΒΟΟΙΝ. ΤΟΙΝ. ΗΓΕΜΟΝΟΙΝ. ΤΟΙΝ.
ΕΞΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΝ. ΤΟ. ΜΕΝ. ΤΡΙΤΟΝ. ΜΕΡΟΣ. ΕΙΣ.
ΤΟΝ. ΑΓΩΝΑ. ΤΑ. ΔΕ. ΔΥΟ. ΜΕΡΗ. ΤΟ.
ΜΕΝ. ΕΤΕΡΟΝ.
ΤΩΙ. ΙΕΡΕΙ. ΤΟ. ΔΕ. ΤΟΙΣ. ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ.

Tanta autem Athenis earum rerum cura fuit, vt ad id munus exſequendum magiſtratum [p] crearent, quem λαμπρὸν vocabant Grammatici,

[o] L. 6. p. m. 118. [p] Τὸν ὠνούμενον βοῦς εἰς τὰς ἑορτάς. Vlpian. ad *Midianam Demosthenis.*

matici. Ολι λαμπρὸς ἦν ὁ ΒΟΩΝΗΣ, καὶ αἱ μέγισται ἀρχαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐχειροτονοῦντο. Harpocr. Splendidiſſimis igitur magiſtratibus accenſeri ſolet. Καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν, καὶ ἱεροποιὸν ποτὲ, καὶ ΒΟΩΝΗΝ. Demosth. *c. Midiam*[q]. Επειδὰν γὰρ ἀπηλλάγημεν ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῆς ἀγορᾶς, ἰδόντες τὸν μὲν στρατηγὸν ᾑρημένον, τὸν δὲ πρεσβευτὴν κεχειροτονημένον, τὸν δὲ Σιτώνην, τὸν δὲ ΒΟΩΝΗΝ. Liban. *Declam.* 8. His igitur praemonitis, ad computum redeo. Legitur in *Menandro*[r], qui vixit Olymp. CX^{ma}.

> Οπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
> ΔΡΑΧΜΩΝ ἄγω ΠΡΟΒΑΤΙΟΝ ἀγαπητὸν ΔΕΚΑ.

Et proxime,

> ΔΡΑΧΜΩΝ μὲν, Αγάθων, ἄξιον λαβεῖν ΔΕΚΑ
> Ημᾶς, ἐὰν καὶ καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς.

In *Lyſia*[s] autem, cuius extrema ſenectus cum aetate huius marmoris conſentit, Εἰς Διονύσια ΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΔΡΑΧΜΩΝ ἀπέφαινεν ἐωνημένον ΑΡΝΙΟΝ. Agnus certe *male conciliatus*, vt liquet ex ſtomacho et indignatione Scriptoris in ipſa hiſtoriola, et auctoritate *Menandri*, quae videtur eſſe grauiſſima. Ponamus itaque tot drachmis honeſte venire potuiſſe *Ouem*, quot care venibat haec Lyſiae *ouicula*, id quod mihi non aegre concedetur: Aut, quod perinde eſt, ponamus ouiculam *Menandri* recte venire drachmis X; iam ſi ouem tertia parte cariorem feceris, vtrinque conſtabit eius precium, ſc. XV vel XVI drachmarum. Obſervata igitur quincupla iſta, quam dixi, ratione, ſi marmoris huius aetate Ouis XV vel XVI drachmas valeret, neceſſe eſt Bouem valere illinc LXXV, hinc LXXX: id quod iampridem volui, cum in ſingula boum capita dinumerari iuſſi drachmas LXXVII et quod excurrebat.

Non tamen immemor ſum, neque me piget dicere, nonnulla reſtare in monumentis veterum, quae rationes quas adeo feliciter ſubduxi, concidere omnino et ſubuertere videantur. Qualia ſunt, quod neque eam rationem habuit Bos ad Ouem, quam hic ſemper habere duxi: neque in eo ſtetit argenti aeſtimatio ſub *Menandro*, quo eam ſtetiſſe credidi. Primo enim, *Feſtus Pompeius* teſtatur Ouem decuſſe antiquitus aeſtimari, Bouem vero centuſſe. *Poſteaquam aere ſignato vti Ciuitas coepit——facta aeſtimatio pecoralis mulctae, et boues centenis aſſibus, oues denis aeſtimatae.* Ea igitur animalia non quincupla, ſed decupla deinde ratione ſunt trutinanda. Quod etiam confirmat *Plutarchus* in *Publicola.* Ην δὲ τιμὴ μὲν προβάτου ὀβολοὶ δέκα, βοὸς δὲ ἑκατόν. Hoc primum: deinde non tantum valebat argentum Olymp.

[q] P. 119. Edit. Cant. 1743. 8^{uo}.
[r] apud *Athenaeum* l. 4. p. m. 74. et l. 8. p. m. 181
[s] *c. Diagit.* p. Edit. Lond. 513.

cx^ma^, in qua fabulas docuit *Menander*, quantum Olymp. c^ma^, in qua ſcripſit *Lyſias*. Nam in isto XL annorum interuallo exortum est *bellum*, quod *Sacrum* ſiue *Phocenſe* vocant, quae maxima cauſa exstitit vt aurum atque argentum incredibiliter vileſcerent. Superiori tempore, vt magni Scriptoris verba vertam, rareſcebat admodum aurum, neque quidquam fere produxerunt argentifodinae: adeo vt quorum fortunae erant lautiſſimae, ii vaſis vel aereis vel fictilibus vterentur[t], atque etiam Philippus Rex, qui poculum aureum nactus erat, id noctu ſub puluinari abditum quam diligenter adſeruaret[u]. Direpto autem in eo bello Templo Apollinis Pythico, quod ſplendidiſſimis ex omni memoria donariis erat refertum, mirum quanta exundauit in Graeciam nummorum copia. Καὶ γὰρ ἀργυροῦν ποτήριον ἦν ἰδεῖν τότε παράδοξον· μετὰ δὲ τὴν Δελφῶν ὑπὸ Φωκέων κατάληψιν πάντα τὰ τοιαῦτα δαψίλειαν εἴληφεν —— συληθέντος γοῦν τοῦ Πυθικοῦ ἱεροῦ ὑπὸ τῶν Φωκικῶν τυράννων ἐπέλαμψε παρὰ τοῖς Ελλησιν ὁ χρυσὸς, εἰσεκώμασε δὲ καὶ ὁ ἄργυρος. Athen. l. VI. p. m. 116. Eandem etiam historiam narrat *Diodorus Siculus*, vnde ediſcere poterit eruditus lector quantum precii ex eo caſu ſignari coeperit[x]. Simile etiam Romae contigit, vbi Constantinus Imp. diuitias, quas Gentilium ſuperstitio in templis conſecratas incluſerat et a populari vſu ſegregarat, ad incudem vocauit et monetam fieri iuſſit. *Constantini temporibus profuſa largitio aurum pro aere, quod antea magni precii habebatur, vilibus commerciis aſſignauit. Sed huius auariciae origo hinc creditur emanaſſe. Cum enim antiquitus aurum argentumque et lapidum precioſorum magna vis in templis repoſita ad publicum perueniſſet, cunctorum dandi habendique cupiditates accendit.* Philoſophi Anonymi *Monitio ad Theodoſ. Aug. de inhibenda largitate*[y]. Haec, inquam, et huiuſmodi, quae contra meum computum militare videantur, perinde valeant, vti poſſint, neque interea tamen deest, quod, ſi per ocium liceret, liquido reponere poſſim.

[t] Μέχρι γὰρ τῶν Μακεδονικῶν χρόνων κεραμέοις σκεύεσιν οἱ δειπνοῦντες διηκονοῦντο. Athen. l. 6. p. m. 115. Et, Ἐκ ποτηρίων δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν. Id. p. m. 116. [u] Σπάνιος γὰρ ὄντως ἦν τὸ παλαιὸν παρὰ τοῖς Ελλησιν ὁ μὲν χρυσὸς καὶ πάνυ· ὁ δὲ ἄργυρος ὀλίγος ἦν ὁ ἐν τοῖς μετάλλοις. διὸ καὶ Φίλιππον τὸν τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἀλεξάνδρου πατέρα φησὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος φιάλιον χρυσοῦν κεκτημένον, ἀεὶ τοῦτ᾽ ἔχειν κείμενον ὑπὸ τοῦ προσκεφαλαίου. Athen. l. c. [x] Τὰς ἀνατεθείσας ὑπὸ Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως χρυσᾶς πλίνθους, οὔσας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διταλάντους κατέκοψεν [Phayllus] εἰς νόμισμα· φιάλας δὲ χρυσᾶς τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διμναίους, καὶ λέοντα χρυσοῦν, καὶ γυναῖκα, τριάκοντα ταλάντων χρυσοῦ σταθμὸν ἀγόντων τῶν πάντων· ὥστε τὸ πᾶν κατακοπὲν χρυσίον εἰς ἀργυρίου λόγον ἀναγομένων τῶν χρημάτων εὑρίσκεσθαι τάλαντα τετρακισχίλια· τῶν δὲ ἀργυρῶν ἀναθημάτων τῶν τε ὑπὸ Κροίσου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνατεθέντων τοὺς πάντας στρατηγοὺς δεδαπανηκέναι τάλαντα πλείω τῶν ἑξακισχιλίων· προστιθεμένων δὲ καὶ τῶν χρυσῶν ἀναθημάτων, ὑπερβάλλειν τὰ μύρια τάλαντα. Diod. Sic. l. XVI. ad Olymp. CVIII. 1. [y] apud *Graeu. Theſ. Antiqq. Rom.* Tom. XI. p. 1415.

IV^{to}, denique et vltimo. Concedatur Λήμματ☉ κεφάλαιον col. 1. l. 30. memoratum ambitu ſuo concludere ſingulas ratiunculas quae praecedunt. Neque id concedi difficile. Nam in *pede*, vt aiunt hodie, *computi*, ſubducta hac Receptarum ratione ſtatim ſequitur Expenſarum enumeratio: et praeterea diſertiſſime id eſſe dicitur quod eſſe velim, Λήμματ☉ nempe κεφάλαιον: *Totum id quod recipiebatur.* Quid ergo? Iam ſi meo conſilio futurum est, vt Summa haec ex diuerſis partibus conflata, membris ſuis mancis licet et quadantenus imperfectis, incredibili tamen ἀκριβείᾳ reſponderet, annon dicemus fidem in hiſce rebus ineſſe maximam? Si in re Cryptographica enucleanda quidquam nouis et occultis ſignis adumbratum tam feliciter explicemus, vt commode legi et percipi poſſit, *id ipſum* ſit neceſſe est (vt harum rerum periti norunt) quod erat legendum aut percipiendum, nonne id potiſſimo iure in Arithmetica valebit? Fierine id poterit, vt in ſubducendis rationibus conſtarem, errarem in denominationibus? vt calculus Talento, Minis ceteriſque probe procederet, cum tamen neque Talentum, neque Mina, ſed diuerſa omnia et plane aliena intelligantur? Quantum interſit dicant Mathematicorum filii.

Dixi igitur

	Ἐκ Κεφαλαίου τόκου παρὰ τῶν Πόλεων ———	l. 13.
	Κεφαλαίου τόκου παρὰ τῶν Ἰδιωτῶν ———	l. 22.
	τῶν Ἐπισθένους ———	l. 23.
	παρὰ Πύθωνος ———	l. 24.
	τῶν ἐνεχύρων ———	ibid.
	μισθώσεων τεμένων ἐξ Ρ. ———	l. 25.
	μισθώσεων τεμένων ἐκ Δ. ———	l. 27.
	οἰκιῶν μισθώσεων ———	l. 28.
constare et confici }	ΛΗΜΜΑΤΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ———	l. 30.

Clamabit aliquis protinus, haec fieri non poſſe, neque institui debere, cum, licet Summa quam *Totalem* dicimus, l. 30. integerrimis et ſinceris numeris conſeruetur, non ita feliciter ceſſerit ratiunculis nonnullis, quarum integritatem nobis aetas inuiderit. Verbi gratia, diſputari poſſe, an l. 14. legi deberet

	T T T T X X X 𐅆 H H H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ etc.	
an vero	T T T X X X X 𐅆 H H H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ etc.	
id est,	Tal.	Drach.
	IV.	CCCIↃↃↃ D C C C C X C
an	III.	CCCCIↃↃↃↃ D C C C C X C

Nam

Nam cum quarta nota omnino legi desierit, et dubium plane sit vtro modo resarciri debeat, multum vtique interest quoad *Totum* hoc an illo modo legamus. Quantum nimirum interesset, si ad Monetae Anglicanae valorem redigas, inter

L. 903. 16. 10 ½.
et *L.* 742. 7. 8 ½.

Hoc, inquam, dubium nemini esse poterit. Nam et haec quoque Summa est generalis, ex membris suis constans; quae cum pariter mutilantur, si eas lacunas resarcires numeris quam queas minimis, *Totum* tamen conficient, quod minorem istam summam

T T T X X X X 𐅅 H H H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ etc.

aliquot drachmis exsuperabit. Verbi gratia, in Ceorum solutione,

l. 11. . . . . H 𐅄 Δ Δ etc.

ex loco et condicione earum literarum quae etiamnum exstant, constabit vtique quaenam fuisse poterant *ad minimum* eae quae in lacuna perierint. Comparente enim vno numero centenario, Cei soluerunt

saltem	𐅅 H H H H 𐅄 Δ Δ	siue	D C C C C L X X
Potuisset esse	X H H H H 𐅄 Δ Δ		CIↃ C D L X X
vel	X 𐅅 H H H 𐅄 Δ Δ		CIↃ D C C C L X X
vel	X X H H H 𐅄 Δ Δ		CCIↃↃ C C C L X X
vel	X X 𐅅 H H 𐅄 Δ Δ		CCIↃↃ D C C L X X
vel	X X X H H 𐅄 Δ Δ		CCCIↃↃↃ C C L X X
vel	X X X 𐅅 H 𐅄 Δ Δ		CCCIↃↃↃ D C C L X X
vel	X X X X H 𐅄 Δ Δ		CCCCIↃↃↃↃ C L X X
vel	𐅆 H H H H 𐅄 Δ Δ		IↃↃ C D L X X
			Talentum Drachmae
vel etiam	T X X X H 𐅄 Δ Δ		I. CCCIↃↃↃ C L X X

Certissimum est ergo, primo loco ad computum redigi oportere, literula restituta,

Summam T T T T X X X 𐅅 H H H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ

Proxima, quam dixi, Ratio occurret l. 22.

Κεφάλαιον τόκο παρὰ τῶν Ἰδιωτῶν
. H H H Δ Δ Π

Huius Ratiunculae cum prima litera omnino interierit, et probabile videatur, quocunque modo suppleueris, nulla arte effici posse, vt haec Summa membris suis aliquatenus responderet, (siue hoc Marmorarii vicio factum est, siue nodus sit noua aliqua et incognita arte soluendus)

dus) parum tamen aut nihil refert ad hanc rem quam paro. Nam cum haec ſit Ratio quam ſinguli homines, pecunias viritim dinumerando, confecerunt, ſiquo conſilio eruere poſſimus quantum vnuſquiſque contulit, id iam erit quod quaerimus, id quod illi effecerunt, aut ſaltem voluerunt effeciſſe, cum istud Κεφάλαιον l. 22. instituerunt. Quod igitur impune negligere poſſis. Feliciter autem euenit, vt integraſcerent fere *Partes*, licet *Totum* nos fefellerit. Constat, inquam, vniuscuiuſque rata, claudicantibus ſolummodo ratiunculis

l. 17. Agaſiclis . . Δ . .
et l. 20. Leucini 𐅆 H H . . Δ Δ Δ

Quibus idcirco erit prouidendum. Instituto minimo, quo liceat, computo, ſoluebat Agaſicles

Δ Δ Δ Π I ſiue Drachmas X X X V I.

Quod ſi in prioribus lacunis binas *Centuſſis* potius quam, vt hic, *Decuſſis* restitueris, rectius omnino feceris. *Primo* enim omnino fieri potuit, vt numeri ad dextram *denarii* fuerint, vnde vterque ad ſiniſtram denarius itidem eſſe non potuit: *deinde*, fac eſſe centenarios hos quos quaerimus, ea ſola ratione effeceris, vt inter ratam Agaſiclis ceterorumque vicinorum aliquo modo pariter fieret, et, ſi Aristidem vnicum exceperis l. 21. nemo erit omnium in hoc priuatorum Albo a quo minores nummos exegeris: *denique* Vir doctiſſimus, priusquam meum calculum reſciret, dum marmor oculis quam attentiſſimis ſcrutaretur, eas ipſas rationes in fugientibus literis viſus est deprehendiſſe. Suppleantur igitur lacunae ad dextram quantouis precio, (xx drachmas exſuperare non potest) et Agaſicles hoc nomine iuxta tenebitur: ſc.

H H Δ Δ Δ ſiue Drachmis C C X X X.

Quod ſequitur Leucini l. 20.

𐅆 H H . . Δ Δ Δ

vdo, vt aiunt, digito confeceris. Fuiſſe enim omnino neceſſe est ex tribus rationibus vnam

𐅆 H H H H Δ Δ Δ	D C C C C X X X
𐅆 H H H 𐅄 Δ Δ Δ	D C C C L X X X
𐅆 H H 𐅄 Δ Δ Δ Δ	D C C X C

Tu non dubitabis adripere 𐅆 H H H 𐅄 Δ Δ Δ, cum aeque certum ſit eam potuiſſe exarari atque reliquarum alterutram; et cum mediam viam ſecutis minus a vero aberrare contigerit; quandoquidem, vt aiunt, *Media ſimilia veris.*

His igitur laboribus exantlatis, vide quid profecerim. Efficient enim

		Tal.	Drachm.
Κεφ. τόκο ϖ. τ. Π.	l. 13.	IV.	CCCIↃↃↃ D C C C C X C etc.
Rata Aristonis	l. 15.		D C C C C
Artyſilai	ibid.		D C C
Hypſoclis	l. 16.		C C C
Agaſiclis	l. 17.		C C X X X
Theogneti	l. 18.		C C C X etc.
Antipatri	ibid.		C C L X X X V etc.
Polydori	l. 19.		C C C C
Leucini	l. 20.		D C C C L X X X
Cleophontis	l. 21.		C C C L
Patroclis	ibid.		C C C
Aristidis	l. 22.		C C X
Εκ τῶν Επισθ.	l. 23.		C C C L X X X
Παρὰ Πύθωνος	l. 24.		CIↃ D
Εκ τῶν Ενεχύρων	l. 25.		CIↃ D C C C X L V
Μισθώσεις τεμένων ἐξ Ρ.	l. 27.	II.	CIↃ C C etc.
Μισθώσεις τεμένων ἐκ Δ.	l. 28.		CCIↃↃC D L X X X etc.
Οικιῶν μισθώσεις	l. 29.		C C L X X X X V
Summam		VIII.	CCCCIↃↃↃↃ D L V
Monetae Anglicanae			*L.* 1697. 1. 9 $\frac{1}{4}$

Λήμματος Κεφάλαιον l. 30. ſi computum recte iniuerim, erit

	VIII.	CCCCIↃↃↃↃ D C X L
ſiue Monetae Anglicanae		*L.* 1699. 16. 8.

Nam ſi Talentum litera T deſignari conſtet (quidni autem conſtaret?) certiſſimum eſt etiam inſolita iſta nota ΠΤ deſcribi Talentorum Pentada. Nam *et* eam poteſtatem figura ſua quaſi profiteri videtur ex Π ſc. et T iuncta, *et* ſolenne fuiſſe vidimus ſingulis quinariis novam numerationis metam inſtituere, nouiſque ſignis confirmare.

Quod hae rationes inter ſe diſtarent, diſtarent autem tantillo, ſc. paucarum drachmarum interuallo, in eo meam felicitatem magnopere praedico. Nam ſi ſubductis probe rationibus, computando exſuperaſſem iſtud Κεφάλαιον, quod ſingulari fortuna legitur diſertiſſimis literis, periiſſet illico funditus omne id quod in animo inſtitueram: ſi ad amuſſim et, vt aiunt, par pari exegiſſem, periiſſet vtique nihilo minus. Nam ratio erat habenda et iſtius lacunae l. 27. in qua aliquot drachmas interiiſſe neceſſe eſt, et denique poteſtatum iſtarum ſiue

ſiue Denominationum (quaecunque demum fuerint, drachmis certe minores) quae exeuntibus quibuſdam ratiunculis deprehenduntur, ſc.

l. 11. Η ⊠ Δ Δ ⊦ ⊦ ΙΙ ΙΙ C
l. 13. Τ Τ Τ Τ Χ Χ Χ ⊞ Η Η Η Η ⊠ Δ Δ Δ Δ ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ C
l. 18. Η Η Η Δ ⊦ ⊦ Ι Ι Ι
l. 28. Χ Χ Η Η Η Η ⊠ Δ Δ Δ ⊦ ⊦ ⊦ ⊦

et in aliis porro, quas, perinde vt vacet, conſulere poſſis. Vt igitur hoc pauxillulo nummorum, quod de ratiuncula restat, ſat eſſet proviſum et eis lacunis, et istis quoque ſignis, de quibus proxime est dicendum, id in maxima parte et fidei et auctoritatis eſſe puto.

Notam illam ⊦, quam vel Ταῦ πλάγιον, vel Η dimidiatam dixeris, in numiſmatica potestate hodie primum video. Erat ex vltima memoria Dorienſibus aliiſque populis in vſu, eoque officio fungebatur quo fere apud Aeolenſis Digamma, cuius figuram non ſecus ac potestatem imitari quodammodo videatur. Litera autem illa Aeolica, perinde ac istud σημεῖον, de quo agimus, non ſemper in locum atque vicem adſpirationis ſucceſſit, verum pleriſque vocalibus ſiue adſpirandis ſiue leniendis vim ſuam et effectum commodabat. Id autem ex hoc loco *Terentiani* constabit; quem non vnis vicibus deformatum producam tamen ad exercendam legentium intentionem.

Nominum multa incboata literis vocalibus
Aeolicus vſus reformat et digammon praeficit:
Aeolica etiam dialectos fere est mista Italiae.
Heſperum quem dico Graece, veſperum cognominat
Ἑςία *ſic Vesta facta, vestis* ἐσθὴς *dicitur,*
Ἶνα *quam Graece vocamus, vim iubet me dicere.*
Ἔαρ *est multis in vſu et magis poeticum est,*
Ηρ *enim natiua vox est, ille ver hoc dictitat.*
Quos Homerus dixit Ἐνέτȣς, *ille Venetos autumat:*
Viola flos qui nuncupatur, hunc Graii vocant ἴον,
Et Iolaus violeus fit, crede Marco Tullio.
Quanquam ἴτυν *dicunt Achaei, hanc* ϐίτυν *gens Aeolis.*
Plura Sappho comprobauit Aeoliis, et ceteri.

Idem constat etiam ex *Dionyſ. Halic.* [a] Τȣ͂το δ' ἦν ὥσπερ Γάμμα διπλ[...] ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος. et ex *Priſciano* [b], cuius ſunt verba, *Aſſumit [Bos] genitiuo digam[...] quia Aeoles quoque ſolent inter duas vocalis eiuſdem dictionis digam[...] ponere, quos in multis nos ſequimur,* ὄFις, *ouis,* ΔάFος, *Dauus,* ὠF[...] *ouum.* Denique omnibus praefigi ſolitam vocalibus liquet etiam ex

[a] *Antiqq. Rom.* I. 20. [b] L. VI. col. 709.

 He[...]

Hesychio, cuius in lexico ex inſcitia librariorum Γ ſimplex pro duplici, ſiue conſona iſta Aeolica, ſaepiſſime exarari contigit [c]. Cuiusmodi ſunt Γαδεῖν, Γαίνεται, Γάμμοροι, Γέαρ, Γέμματα, Γέντερ, Γέτοσι, Γία, Γιλὸς, Γὶν, Γίο, Γίπον, Γὶς, Γιστία, Γισχὺν, Γιτέα, Γοῖδα, Γοίδημι, Γοῖνος, Γῶ, etc. Quae omnia fideliter exſcripſit *Phauorinus*.

Digammatis ad inſtar nota noſtra in columna [d] ab Heracleenſibus, Dorica gente, poſita legitur

ͰΗΡΑΚΛΕΙΔΑ
ͰΑ ΠΟΛΙΣ
ͰΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ
ͰΙΑΡΩΣ
ͰΥΠΕΡ

et praeterea

ͰΟΚΤΩ
ͰΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ
ͰΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑ

nulla habita adſpirandi ratione. In coloniis porro quas duxerunt Dores inualuit huius figurae vſus et proprietas, vti ex nummis iſtarum gentium liquidiſſime conſtat.



[c] Vid. *Lect: Lyſiae*, c. IX. Cl. *Alberti Peric. Critic.* c. XIX. [d] Edita a *M. Mattaire* Lond. 1736. Fol.

Vt

Vt merito suspicari possis, quod Aeolensibus digamma, quod Atticis H, id Doriensibus praestare solere characterem de quo disputamus.

HEKATON	Atticorum
ϜEKATON	Aeolensium
⊢EKATON	Doriensium aliorumque.

Obtinuit, inquam, vt haec lineola communibus Graecis loco esset adspirationis, a Romanis vel citissime vel omnino praetermissa. Antiquis enim Grammaticis, cum de notis ⊢ ⊣, agunt, dasea illa, hac psile, (quae in vetustis Codd. adhuc obseruantur et hodiernis signis rotundioribus originem praebuere) id in animo fuisse video. H *vero propter hoc nonnulli excludendum esse putant, quod magis pro signo adspirationis quam pro litera ponitur. Nam*, quemadmodum Graeci adspirationis notam hanc habent ⊢, *quam dasean vocant, ad huius similitudinem et psilen* ⊣; *nos his sociatis adspirationis fecimus notam* H; *cuius si medium eius separes, inuenies notas esse Graecorum, quae contra se positae* H, *vt diximus, notam nobis adspirationis efficiunt.* Sergius[e]. *Quare Daseam et Psilen*, quibus Graeci vtuntur, et nos praetermittimus; *quoniam adspirationem nobis* H *litera, quae in duas partis diuiditur, repraesentat, etsi apposita non erit.* Max. Victorinus[f]. Quibus adiicere licet Quintilianum[g]. *An rursus aliae redundent, prater illam adspirationis notam* ⊢, *quae si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit* ⊣.

Dicitur Claudius Imp. *nouas commentus esse literas tris, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidisse. De quarum ratione cum priuatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit, vt in vsu quoque promiscuo essent*[h]. Harum vna erat litera digammos[i], cuius forma, qualis ab Imp. constitutione profecta est, passim in monumentis[k] occurrit

TI. CLAVDIVS.
DRVSI. F. CAISAR.
AVG. GERMANICVS.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.

[e] Apud Grammaticos *Putschii.* col. 1829. [f] Ibid. col. 1943. Add. *Donatum* col. 1742. *Priscian.* 1287. *Cledonium* 1889. et eundem *Sergium* 1837. [g] I. 4. [h] Verba sunt *Suetonii* in vita §. 41. [i] *Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos vsus* F *literam adiecerat.* Quintil. I. 7. *Pro quo Caesar hanc figuram* Ⅎ *scribere voluit: quod, quamuis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superauit.* Priscian. I. 1. col. 545. Edit. Putsch. [k] *Exstat talis scriptura* [qualis sc. a Claudio instituebatur] *in plerisque libris, ac diurnis, titulisque operum.* Sueton. l. c. *Claudius tris literis adiecit, quae vsui, imperitante eo, post obliteratae, adspiciuntur etiam nunc in aere publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo.* Tacit. XI. *Annal.* 14.

AV-

AVCTIS. POPVLI. ROMANI.
FINIBVS. POMERIVM.
AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQVE.

Pighius ad a. 801. *Boissard.* T. V. 2. *Gruter* CXCVI. 4.

TI. CLAVDIVS.
CAISAR.
AVG. GER. PONT. MAX.
TRIB. POT. VIII. IMP. XVI.
COS. IIII. P. P. CENSOR. . . . . .
ℲIAM. CLAVDIAM. ℲALER.
A. CERFENNIA. OSTIA. ATE . . . .
MVNIT. IDEMQVE
PONTES FECIT.
——— XLIII.

Reines. III. 80. *Spon. Miscell. Erud. Antiq.* p. 100.

ANTONIAI. IVLIAI. AVG. NERONI.
AVGVSTAI. AGRIPPINAI. CLAVDIO. AVG. F. CAISA.
F. DRVSI. GERMANICI. DRVSO. GERMANIC.
N. SACERDOTI. DIℲI. CAESARIS. F. PONTIF. AVGVRI. XVℲIR. S.
N. AVGVSTI. TI. CLAVDI. CAISAR. VIIℲIR. EPVLON.
VG. MATRI. TI. CLAVDI. AVGVSTI. COS.
CAISARIS. AVG. P. P. PATRIS. PATRIAI. PRINCIPI. IVℲENTVTI.

Gruter. CCXXXVI. 9.

D. M. SACRVM.
SECVNDVS. ℲIXIT. MEN. IX. D. XXVI.
PETRONIA. NOE. SOROR. EIVS.
ℲIXIT. ANNVM. MENS. III. D. XII.
HIC. SEPVLTI. SVNT.

Reines. XV. 15.

Alteram voluit Antisigma vocari, cui hanc figuram dedit Ͻ. *Huic S praeponitur P et loco ψ Graecae fungitur, pro qua Claudius Caesar antisigma Ͻ hac figura scribi voluit. Sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare: quamuis non sine ratione haec quoque duplex a Graecis addita videatur.* Priscian. l. 1. Cui addas ex antiquioribus *Capellam* [m], ex recentioribus *Lipsium* [n] et *Vossium* [o].

De tertia acriter inter doctos disputatur. Tu tamen paucis ausculta. Erat nimirum castigatis Romanorum auribus et literarum sonos exigere

[m] *Cap.* de semiuocal. [n] ad *Tacit.* XI. *Annal.* 14. [o] I. *Art. Grammat.* 24.

cal-

callentibus media quaedam pronunciatio inter exilitatem literae I et pinguitudinem V, quae ſigno carebat. Deerant Romano alphabeto, vt cum *Quintiliano* [p] loquar, *aliquae neceſſariae literae; non cum Graece ſolummodo ſcribebant, ſed proprie in Latinis: vt in his, Seruus et Vulgus, Aeolicum digamma deſideratur. Et medius est quidem V et I literae ſonus. Non enim ſic Optimum dicimus vt Opimum.* In ancipiti igitur isto ſono, qui inter I et V quodammodo librabatur, variari videmus inter antiquos, et *Optimum, Maximum*, ceteraſque huiuſcemodi voces aliquando exarari, aliquando *Optumum, Maxumum* [q]. Quid ergo? Annon iure dicemus, *Quintilianum*, cum de neceſſitate nouorum ſignorum diſſereret, ad Claudianum istud inuentum, quod eo imperitante obtinuit, ſublato autem vna intercidit, potiſſimum ſpectaſſe? Videamus ergo an literatiſſimus iste Imp. vt in ista cauſa Aeolico digammate, ita in hac quoque literaturam Romanam noua aliqua figura locupletauerit. Et locupletaſſe video. *Aurifex melius per I ſonat quam per V; vt Aucupare et Aucupium mihi rurſus melius videtur ſonare per V quam per I; et idem tamen Aucipis malo quam Aucupis, quia ſcio ſermonem et decori ſeruire et aurium voluptati, vnde ſit vt ſaepe aliud ſcribamus, aliud enunciemus, ſicut ſupra locutus ſum. De Viro vero et Virtute* (lege hoc pacto, *ſicut ſupra locutus ſum de Viro et Virtute*, de quibus quidem ſupra locutus est) *vbi I ſcribitur et pene V enunciatur*; vnde T. Claudius nouam quandam literam excogitauit, ſimilem ei notae, quam pro adſpiratione Graeci ponunt, *per quam ſcriberentur eae voces, quae neque ſecundum exilitatem literae I, neque ſecundum pinguitudinem literae V ſonant, vt in Viro et Virtute* (ita hunc quoque locum lego emendatius) *neque rurſus ſecundum latum literae ſonum enunciarentur, vt in eo quod est legere, ſcribere.* Velius Longus. Quae postrema verba

[p] I. 4. [q] *Etiam Optimus, Maximus, vt mediam I literam quae veteribus V fuerat acciperent, C. primum Caeſaris inſcriptione traditur factum.* Quintil. I. 7. *Antiquis varie etiam ſcriptitatum est*, mancupium, aucupium, manubiae, *ſiquidem C. Caeſar per I ſcripſit, vt apparet ex titulis ipſius: at Augustus per V, vt testes ſunt eius Inſcriptiones.* Velius Longus de Orthographia. *I litera interdum exilis est, interdum pinguis, vt in eo quod est Prodit, Vincit, Condit, exilius volo ſonare: in eo vero quod* [f. quo] *ſignificatur Prodire, Vincire, Condire aeque vſque pingueſcit: vt iam in ambiguitatem cadat, vtrum per I quaedam habeant* [f. debeant] *dici an per V, vt est Optumus, Maxumus.* Idem. Et haec fortaſſe mens est *Priſciani* l. 1. non longe ab initio. *Praeterea tamen I et V vocales, quando mediae ſunt, alternos inter ſe ſonos videntur confundere, teste Donato, i, vt Vir, u, vt Optumus.* Item Diomedis l. 2. *Hae etiam* [I et V] *mediae dicuntur, quia in quibuſdam expreſſae dictionibus ſonum non habent, vt Vir, Optimus.* Vbi corrigas, *quia in quibuſdam dictionibus* EXPRESSVM *ſonum non habent*, vt liquet ex *Sergio* in *Donatum*. *Hae etiam duas I et V interdum, vt diximus, in conſonantium potestatem tranſeunt*; interdum expreſſum ſuum ſonum non habent, *i, vt Vir, u, vt Optumus. Non enim poſſumus dicere Vir producta I, nec Optumus, producta V: vnde etiam Mediae dicuntur, et hoc in commune patiuntur. Ideo bene dixit Donatus has literas in quibuſdam dictionibus* expreſſum ſonum non habere. Vid. *Donatum*. Edit. Putſchii, col. 1735.

funt

ſunt fortaſſe maculoſa. Cuiquamne credibile est, poſſe venire in mentem homini non indocto aut inſcito, vt ferunt olim *Iusto Lipſio*, auctorem nostrum de digammate in hoc loco agere? Annon constat ſinceriſſima fide, eum nouum omnino ſignum intelligere, quod excogitauit, ſiue accommodauit potius Imp. ad exprimendam *mediam* istam potestatem I et V, de qua tam fuſe commentantur Grammatici in margine meo laudati; ſignum non ab Aeolenſibus mutuo ſumptum, verum *a communi Graecorum adſpiratione*; ⊦ ſcilicet, quam etiam notam (quaſi verbis meis non ſatis fidei eſſet adhuc elaboratum) in antiquiſſimis *Velii* Codd. haeſiſſe his vocibus audio?

Haec tamen nondum argumento nostro ſatisfaciunt, aut monetariae potestati, in qua per totum hoc marmor dominatur. Neque promouemus quidquam, quod in antiquorum muſicorum libris, nota haec, quam Ταῦ πλάγιοι vocarent, aliquoties reperitur[r]. Adiuuare forſan poterat mutilum istud marmor[s], quod in aedibus olim Arundellianis ſeruabatur: nam in eo Rationario, perinde vt in nostro, exaratur, et pari, vt fas est credere, vſu et proprietate.

Nihilo tamen ſecius hac nota deſcribi OBOLVM plane ſentio. Fidem accipe. Argentum, quod his ciuitatibus imperabatur, totum ſc. tam illud quod in priore marmoris latere ſoluerunt, quam quod in posteriore ſoluendum restabat, erat Ratiuncula *integra* ſiue *rotunda:* infra drachmas non deſcendebat. Qui huic ſententiae aduerſari poſſe videntur ſunt Cei col. 1. l. 11. et Siphnii l. 12. Memineris tamen vtramque Ciuitatem iterum auerſa marmoris facie ſimilibus fere notis et nummis minutioribus deſcribi; praeter has vero ſolas, vel in hoc vel in illo latere, aliam omnino nullam. Sequetur ergo, vt de omnibus vna et ſimplex ratio confici poſſit, Ceos et Siphnios, dum in priori argumento partem τõ τόλο ſoluerent, drachmam in partis ſecuiſſe, vel, quod perinde est, *Notas, quae in Ceorum Siphniorumque ratiunculis in priore columna drachmis adhaereſcunt, ſi cum notis quae in altera ſimiliter adhaerent, adunentur, vtrinque drachmam vnam conficere.*

col. 1. l. 11. Κεῖοι . . . . Η 𐅄 Δ Δ ⊦ ⊦ ΙΙ ΙΙ .
col. 2. l. 3. Κεῖοι Χ Χ Χ Χ Η Δ Δ Π ⊦ ⊦ .

col. 1. l. 12. Σίφνιοι Χ Χ Χ Η 𐅄 Δ Δ Δ Δ ΙΙ ΙΙ Ι
col. 2. l. 4. Σίφνιοι Χ Χ 𐅄 Δ Δ Δ Π ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ ΙΙ .

Imperabatur itaque in *Totum*
Ceis . . . . Χ Χ Χ Χ Η Η 𐅄 Δ Δ Δ Δ Π ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ ΙΙ ΙΙ . .
Siphniis 𐅇 Η Η 𐅄 Δ Δ Π ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ ΙΙ ΙΙ ΙΙ Ι .

[r] Vid. *Alypium* paſſim et *Gaudentium* ex Edit. M. Meibomii. [s] Vid. huius Comment. p. 24.

Quod

Quod de Drachmis igitur hinc inde restabat, *vnius* erat *Drachmae ſectio ſiue reſolutio in partis*, *non quatuor*, *aut eo pauciores*, *neque tamen multo pluris*. *Vnius* dixi *drachmae*, propter fidem in ſuperioribus adlatam de paritate omnium rationum: *non* erat reſolutio in partis *quatuor*, quoniam vtrobique quaternae occurrant notae ⊢, praeter aliquid quod etiamnum excurrit: *non* tamen *multo pluris quam quatuor*, quoniam id quod excurrit (et quod rurſus Oboli in ſuas partis reſolutionem vere dixeris) pauxillulum eſſe constat. Non poterat eſſe ſectio in quinque partis: nulla Ciuitas numero quinario argentum concidebat: in ſenas ſit neceſſe est: ſex autem OBOLI vnam drachmam conficiunt.

Non ſum neſcius restare etiamnum poſſe leuiores aliquot difficultates, vel fortaſſe etiam ſuſpiciones, quae ab aliis rectius enucleari et eleuari poſſunt: quaenam ſc. ſint facies istae minutiſſimae in quas nummus vltra obolum frangi videtur, an eius Semiſſes, an Trientes: quid porro statuendum ſit de inſolita figura quae Ceorum ratiunculam l. 11. iterumque Κεφάλαιον περὶ τῆς πόλεων l. 14. ſequitur, vtrum in eo ſigno placuerit nummum includi, an aliud ſit quod Curae feliciores vindicauerint. De Obolo interea aliquid constare arbitror: eumque hac nota deſcribi Veteres fortaſſe voluere, quod antiquiſſimi istius nummi figuram et imaginem repraeſentare videretur. Nam in primaeua illa ſimplicitate rudem permutabant in mercimoniis nummulum, non in cultiorem formam effigiatum, verum in virgulas et frusta minutiora temere et nulla arte conciſum: Ea autem frusta ex *veruum* vel *lancearum* ſimilitudine OBOLOS, quot autem ex iis vola stringi [δράττεσθαι] potuerunt, DRACHMAS ab isto actu vel facultate nominarunt[t]. Vel fortaſſe, admonente viro doctiſſimo, hoc pacto melius. Cum Obolus erat ex notiſſima diuiſione, Drachmae Sextans[u], Veteres, vt ad numerum centenarium ἑκατὸν ſc. deſcribendum adſpirationem maiorem H, ita ad τὸ ἕκτον (Sextantem nempe nummi praecedentis) minorem ⊢ adhibere poterant. Certe huius figurae vſus ad posteros etiam deſcendit, cum post aliquot ſaecula δύο γράμμαι παράστικται ἁπλαῖ tali modo effigiatae ∸ δύο ὀβολοὺς deno-

[t] Τὸ μέντοι τῶν ΟΒΟΛΩΝ ὄνομα, οἱ μὲν ὅτι πάλαι βουπόροις ὀβελοῖς ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἀμοιβὰς, ὧν τὸ ὑπὸ τῇ δρακὶ πλῆθος ἐδόκει καλεῖσθαι ΔΡΑΧΜΗ. Τὰ δὲ ὀνόματα καὶ τοῦ νομίσματος καταπεσόντος εἰς τὴν νῦν χρεῖαν ἐνέμεινεν ἐκ τῆς χρείας τῆς παλαιᾶς. Poll. l. IX. c. VI. §. 77. Πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Αργεῖος νόμισμα ἔκοψεν ἐν Αἰγίνῃ, καὶ διὰ τὸ νόμισμα ἀναλαβὼν τοὺς ὀβελίσκους ἀνέθηκε τῇ ἐν Αργει Ηρᾳ. Επειδὴ δὲ τότε οἱ ὀβελίσκοι τὴν χεῖρα ἐπλήρουν, ἡμεῖς καίπερ μὴ πληροῦντες τοῖς ἓξ ὀβολοῖς, Δραχμὴν αὐτὴν λέγομεν παρὰ τὸ δράξασθαι. Aristot. in Sicyon. πολιτεία. Adde *Plutarch.* in *Lyſandro*, σχ. *Theocr.* X. *Idyll.* 44. *Etym. M.* in Οβελίσκος. *Eustath.* ad *Iliad.* A. 463. [u] Επωβελίας. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Επιτίμιόν ἐστιν ἡ Επωβελία τὸ ΕΚΤΟΝ μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας, καὶ μὴ ἑλόντες αὐτοῖς τοῖς γραφεῖσιν. Εκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ΟΠΕΡ ΕΚΤΟΝ ΕΣΤΙΝ, ΕΝ ΕΞ ΟΒΟΛΟΙΣ ΤΗΣ ΔΡΑΧΜΗΣ ΛΟΓΙΖΟΜΕΝΗΣ. Harpocr. Add. *Poll.* l. IX. c. VI. §. 60.

tarent [x]. Dies solummodo inclinauerat, quod primi homines perpendiculariter descripserunt, siue hoc errore factum siue vsus et compendii gratia, incertum. Obolus certe vnus non semper πλαγίως exarabatur, i. e. ad modum et ductum Horizontis, verum, vt ex antiquis tabulis constat, variis, pro ratione temporis, clinaminibus perpendicularem lineam et horizontalem inter. Atque haec quidem hactenus.

[x] Vid. *Anon. de Mensuris et Ponderibus* ex Cod. Reg. 3284. in *Analectis Graecis* Monachorum Benedictinorum, p. 393. *Montefal. Palaeogr. Gr.* p. 369. atque ea quae praemisit *H. Stephanus Thesauro Graeco*, vbi tamen in describendis Antiquorum notis infeliciter ἀπερίστικτοι pro περίστικτοι procudit, quod Oboli imaginem penitus euerterat.



NOTAE

AD

MARMOR SANDVICENSE.

E. Θ. Hoc monogrammate intelligo Εὐνοίᾳ Θεῶν, diuinanti tamen similior quam ex Tripode respondenti. Λόγος Ἱερὸς, siue *Rationarium sacrum* ex Collectione Arundelliana, cuius interitum toties deploraui, similiter in capite exaratas habet literas, inuerso tamen ordine, Θ. Ε.

l. 1. ΤΑΔΕ ΕΠΡΑΞΑΝ etc.] Primam hac Orationis periodum, cuius exitum habes in linea 10[ma], ideo in Cola et Commata punctis non distinxi, quia de eius Incisione alii aliter sentire possunt. Si Epigenes, Antimachus et Epicrates erant Triumuiri Amphictyonica legatione functi, quod verissimum esse arbitror, ita mecum ordinabis :

Τάδε ἔπρεαξαν Ἀμφικτυόνες Ἀθηναίων,

ἀπὸ Καλλέο Ἄρχοντος μέχρι τõ Θαργηλιῶνος
μηνὸς τõ ἐπὶ Ἱπποδάμαντος Ἄρχοντος Ἀθήνησι,
ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Ἐπιγένος Ἄρχοντος μέχρι τõ
Θαργηλιῶνος μηνὸς τõ ἐπὶ Ἱππίο Ἄρχοντος,
χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν ἦρχεν·

(Οἷς ΔΙΟΔΩΡΟΣ Ὀλυμπιοδώρο Σκαμβωνίδης
ἐγραμμάτευεν ἀπὸ Χαρισάνδρο Ἄρχοντος·

Ἰδιώ-

ΙΔΙΩΤΗΣ Θεογένος Αχαρνεὺς μέχρι τοῦ
Εκατομβαιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ιπποδάμαντος Αρχοντος·
ΣΩΣΙΓΕΝΗΣ Σωσιάδου Ξυπεταιών ἐνιαυτὸν
ἐπὶ Καλλέο Αρχοντος)

ΕΠΙΓΕΝΗΣ Μελαγένους ἐκ Κοίλης,
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ Ευθυνόμου Μαραθώνιος,
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ Μενεστράτου Παλληνεύς.

Indignum enim videri poſſit et prorſus inciuile, vt eorum potiſſimum nomina diſſimularentur, quorum nutu hae res gerebantur, qui Pecunia publica, Tabulis publicis conficiendis, Rationibuſque reddendis tenerentur : vt memoriae proderentur Scribae, reticerentur Magistratus. Id profecto ex Actis publicis ceteriſque Athenienſium monumentis veriſimile non videtur, vbi quam accuratiſſime cenſeri ſolent *Nomina*, *Familia*, et *Curia* eorum qui Reip. vel leuiſſimam partem administrauerint. Adiuuare etiam hanc ſententiam poſſit, quod in huiuſmodi legationibus, P. A. gentibuſque quae iiſdem moribus vixerunt, Triumuiratus praecipue placuiſſe videatur. Verbi gratia. Επὶ Θεοφράστου Αρχοντος, Ιερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Αναφλυστίου, Πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε, Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Αναγυῤῥάσιον· ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν· καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον, καὶ ΤΡΙΤΟΝ δὲ μετὰ τούτων ἐμέ. Aeſch. *c. Cteſiph.*[a] In marmore item Deliaco quod festinanter nimis deſcripſit *Philippus Skippon*[b].

ΧΕΙΡΟΤΩΝΗΣΑΙ. ΔΕΚΑ. ΠΡΕΣΒΕΙΣ. ΗΔΕ. ΚΡΙΣΙΟΙ. ΤΙΝΕΣ.
ΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣ. ΕΙΣ. ΤΟΝ. ΑΘΗΝΗΣ. ΣΥΜΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ. ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ.
ΠΑΡΑΚΑΛΕΣΟΥΣΙ. ΤΟΝ. ΔΗΜΟΝ. ΣΥΝΕΠΙΧΟΡΗΣΑΙ. ΤΟΙΣ. ΕΨΗΦΙΣΜΕ
ΝΟΙΣ. ΕΥΒΟΥΛΩΙ. ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΙΣ. ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ. ΤΟΔΕ. ΤΟ. ΨΗΦΙΣ
ΜΑ. ΚΑΙ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΣΤΙΛΗΝ. ΛΙΘΗΝΗΝ. ΣΤΗΣΑΙ. ΕΝ. ΤΩΙ. ΗΡΑΚΛΕΙΩΙ.
ΟΙ. ΠΡΕΣΒΕΙΣ. ΤΗΣ. ΑΘΗΝΑΣ. ΚΑΤΑ. ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ. ΗΔΕ ΚΑΙ.
ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΤΑΙ. ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΑΣ. ΕΥΜΗΡΙΟΣ ΤΙΣ. ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ. Η. ΝΕΟΣ.
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ. ΕΠΕΨΗΦΙΣΘΕΙ. ΚΑΙ. ΑΘΗΝΗΣΙΝ.

Tu autem vel eo vel *Grutero*[c] emendatius leges mecum hoc pacto :

ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙ. ΔΕ. ΚΑΙ. ΠΡΕΣΒΕΙΣ. ΗΔΗ. ΤΡΕΙΣ. ΟΙΤΙΝΕΣ.
ΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΑΘΗΝΗΣΙ. ΒΟΥΛΗΝ. ΚΑΙ. ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ.
ΠΑΡΑΚΑΛΕΣΟΥΣΙ. ΤΟΝ. ΔΗΜΟΝ. ΣΥΝΕΠΙΧΩΡΗΣΑΙ. ΤΟΙΣ. ΕΨΗΦΙΣΜΕ
ΝΟΙΣ. ΕΥΒΟΥΛΩ. ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΣ. ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ. ΤΟΔΕ ΤΟ. ΨΗΦΙΣ
ΜΑ. ΕΙΣ. ΤΗΝ ΣΤΗΛΗΝ. ΛΙΘΙΝΗΝ. ΚΑΙ. ΣΤΗΣΑΙ. ΕΝ. ΤΩΙ ΗΡΑΚΛΕΙΩΙ.

[a] §. 38. Edit. Oxon. [b] Vid. *Collect. Itinerum*, Lond. Tom. vlt. [c] CCCCV.

ΟΙ. ΠΡΕΣΒΕΙΣ. ΕΙΣ. ΑΘΗΝΑΣ. ΚΑΤΑ. ΤΟ. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΟΙΔΕ ΚΕ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΤΑΙ. ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ. ΕΚ. ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ. ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ. ΟΙΝΑΙΟΣ.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ. ΕΠΕΨΗΦΙΣΘΗ. ΚΑΙ. ΕΝ. ΑΘΗΝΗΣΙΝ.

Si cui tamen interea constructio haec dura et impeditior (tanta ſcil. facta intercapedine inter Αμφικτυόνες et Επιγένης) videatur, neque institui poſſe Oratio de Magistratibus, verum omnino de Scribis, ille profecto, ſuo autem periculo, non meo, ita rurſus ordinare potest:

Τάδε ἔπραξαν Αμφικτυόνες Αθηναίων,

ἀπὸ Καλλέο Αρχοντος μέχρι τῶ Θαργηλιῶνος
μηνὸς τῶ ἐπὶ Ιπποδάμαντος Αρχοντος Αθήνησι,
ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Επιγένος Αρχοντος μέχρι τῶ
Θαργηλιῶνος μηνὸς τῶ ἐπὶ Ιππίο Αρχοντος,
χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν ἦρχεν.

Οἷς ΔΙΟΔΩΡΟΣ Ολυμπιοδώρο Σκαμβωνίδης ἐγραμμάτευεν·

Απὸ Χαρισάνδρο Αρχοντος ΙΔΙΩΤΗΣ Θεογένος Αχαρνεύς·

Μέχρι τῶ Εκατομβαιῶνος μηνὸς τῶ ἐπὶ
Ιπποδάμαντος Αρχοντος ΣΩΣΙΓΕΝΗΣ Σωσιάδο Ξυπεταίων·

Ενιαυτὸν ἐπὶ Καλλέο Αρχοντος ΕΠΙΓΕΝΗΣ Μεταγένυς ἐκ Κοίλης, ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ Ευθυνόμο Μαραθώνιος, ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ Μενεστράτο Παλληνεύς.

l. 1. ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣ] De Concilio ſiue Senatu Amphictyonico, quod vnoquoque anno ad Thermopylas et Delphos, alternis vicibus, conuenerat[d], adeo certatim omnes diſſerunt tam Veteres quam Recentiores, vt minores quaſcunque, ſi quae fuerint, Αμφικτυονίας praegrauaſſe omnino videantur. Curia illa, ſola fortaſſe quae Ius Gentium aperte profiteretur, vt erat huic Populo propria et peculiaris, ita etiam ſapientiſſime ab iis et ſalutariter instituta. Incolebatur Graecia Populis Gentibuſque lingua quidem et origine vnis, moribus tamen, institutis, Reique pub. administrandae forma non diuerſis modo, verum vltra quam credibile est, alienis ſibique inuicem contrariis. Regio, quae finibus non ſane latiſſimis continebatur, verum eiuſmodi qualis ſufficere pauciſſimis imperiis audiuimus, tot in ambitu ſuo Reſpublicas complectebatur, quot fere numerabat moenia et vrbis. Neque erat Populus, cuius Ditio angustis limitibus X. M. P. includeretur,

[d] Initio XII tantum erant Populi Ciuitatesue quae huc legatos miſerunt: Vid. *Strab.* l 9. p. m. 420. Quas aliter recenſet *Aeſchines* π. παραπρεσβ. §. 36 Edit Oxon. aliter *Harpocr.* in v. Αμφικτυόνες, aliter denique *Pauſan.* l. 10. p. 622. Qui ibid. narrat aetate ſua Amphictyonas ad XXX creuiſſe.

qui

qui non iure, vſu et diſciplina tantum a conterminis Ciuitatibus diſſidebat, quantum abfuit longe a moribus cultuque Sinenſium. Licebat Athenis eodem patre natam vxorem ducere, vterinam vero in matrimonio habere non ſolum nefarium erat, verum etiam inceſtuoſum: Contra, Lycurgus, qui Lacedaemoniis, populo finitimo, leges tulit, germanarum inceſta eſſe coniugia voluit, vterinarum conſuetudinem indulſit. Rurſus huic Populo quem vltimo memoraui, in vſu et moribus fuit, ea quae pro legibus obſeruarent, non literis, ſed memoriae mandare: in illo autem viciſſim, ex legibus non ſcriptis ius dicere cum capitis periculo coniunctum eſſe videbatur. Nemo erat Thebis Boeotiis tam nobilis Imp. qui non et gratia et laude dignum duxit ſcienter tibiis canere, et pari eſſe in muſicis ac in bellicis fama: Contra, ab Athenienſium moribus haec omnia aberant, et partim infamia, partim humilia atque ſeruili homine digna habebantur. Tantae igitur et ſibi tam diſparis Reip. molem (vniuerſam enim Graeciam quoad bella externa, multaque praeterea domeſtica exempla, vnam Ciuitatem duco in pagos et oppida diſtinctam) vt vna mens agitare poſſet, placuit Delphis cogi communis ex Graecia Legatos, qui de publicis fortunis conſilium caperent, atque iis quae Graeco nomini in commune erant profutura; domum autem reuerſi ſuam vnuſquiſque Remp. proprio modulo et ratione adminiſtrarent.

Dionyſ. Halic. Antiqq. Rom. l. 4. p. m. 229.

Πάντων μάλιστα τῶν τοιούτων ἔργων τὴν Ἀμφικτυόνος τοῦ Ἕλληνος ἐπίνοιαν ἠγάσθη[e], ὃς ἀσθενὲς ὁρῶν καὶ ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν περιοικούντων Βαρβάρων ἐξαναλωθῆναι τὸ Ἑλληνικὸν γένος, εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Ἀμφικτυονικὴν σύνοδον καὶ πανήγυριν αὐτοὺς συνήγαγε, νόμους καταστησάμενος ΕΞΩ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΟΥΣ ΕΚΑΣΤΗ ΠΟΛΙΣ ΕΙΧΕ ΤΟΥΣ ΚΟΙΝΟΥΣ ΑΠΑΣΙΝ, οὓς καλοῦσιν Ἀμφικτυονικούς. ἐξ ὧν φίλοι μὲν ὄντες ἀλλήλοις διετέ-

Prae ceteris iſtiuſmodi operibus maxime admiratus eſt inuentum Amphictyonis filii Hellenis, qui quum videret Graecam gentem infirmam eſſe, et facile a finitimis Barbaris deleri poſſe, ipſe eam in id concilium et conuentum, qui ab illo Amphictyonicus eſt dictus, coegit, legeſque tulit PRAETER ILLAS QVAE CVIQVE CIVITATI PROPRIAE ET PECVLIARES ERANT EAS QVAE OMNIBVS COMMVNES ESSENT, *quas Amphictyonicas vocant, quarum beneficio in mutua amicitia per-*

[e] Seruius ſc. Tullus, qui ad exemplum huius grauiſſimi inſtituti, vniuerſas gentis Latini nominis perpetua communione deuincire voluit. Vid. *Dionyſ. Halic.* l. 4. p. m. 230. init. *Iam tum erat inclytum Dianae Epheſiae fanum: id communiter a ciuitatibus Aſiae factum fama ferebat. Quum* conſenſum Deoſque conſociatos *laudaret mire Seruius inter proceres Latinorum, cum quibus publice priuatimque hoſpitia amicitiaſque de induſtria iunxerat, ſaepe iterando eadem, perpulit tandem vt Romae fanum Dianae populi Latini cum populo Romano facerent.* Liu. I. 45.

petuo

λȣν, καὶ τὸ συγγενὲς φυλάττοντες ἔργοις μᾶλλον ἢ λόγοις, λυπηροὶ δὲ τοῖς Βαρβάροις καὶ φοβεροί.

petuo continebantur, et cognationem re potius quam verbis ſeruabant, et molesti ac formidabiles barbaris perpetuo erant.

Iisdem moribus vixerunt atque eadem ſapientia vſi Graeci, cum creſcente indies populi multitudine, colonos peregre duxerunt. Ionas vrbibus diſſitos vna complectebantur Πανιώνια, vnoque foedere adſtringebant. Neque aliter Dores Remp. instituerunt[f].

Dionyſ. Halic. l. c.

Παρ᾽ ȣ̃ τὸ παράδειγμα λαβόντες Ἴωνές τε οἱ μεταθέμενοι τὴν οἴκησιν ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὰ παραθαλάττια μέρη τῆς Καρίας, καὶ Δωριεῖς, οἱ περὶ τȣ̀ς αὐτȣ̀ς τόπȣς τὰς πόλεις ἐνιδρυσάμενοι, ἱερὰ κατεσκεύασαν ἀπὸ κοινῶν ἀναλωμάτων, Ἴωνες μὲν ἐν Ἐφέσῳ, τὸ τῆς Ἀρτέμιδος· Δωριεῖς δ᾽ ἐν Τριοπίῳ, τὸ τȣ̃ Ἀπόλλωνος. Ἔνθα συνιόντες γυναιξὶν ὁμȣ̃ καὶ τέκνοις κατὰ τȣ̀ς ἀποδειχθέντας χρόνȣς, συνέθυόν τε καὶ συνεπανηγύριζον, καὶ ἀγῶνας ἐπετέλȣν ἱππικȣ̀ς καὶ γυμνικȣ̀ς, καὶ τῶν περὶ μȣσικὴν ἀκȣσμάτων, καὶ τȣ̀ς θεȣ̀ς κοινοῖς ἀναθήμασιν ἐδωρȣ̃ντο. Θεωρήσαντες δὲ, καὶ πανηγυρίσαντες, καὶ τὰς ἄλλας φιλοφροσύνας παρ᾽ ἀλλήλων λαβόντες, εἴτι πρόσκρȣσμα πρὸς πόλιν ἐγεγόνει, δικασταὶ καθεζόμενοι διῄτων, καὶ περὶ τȣ̃ πρὸς βαρβάρȣς πολέμȣ καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλȣς ὁμοφροσύνης κοινὰς ἐποιȣ̃ντο βȣλάς.

Cuius exemplum ſecuti Iones, qui ſedes transtulerunt ex Europa in Cariae partis maritimas, et Dorienſes, qui in iiſdem locis vrbis condiderunt, templa communibus ſumptibus exstruxerunt, Iones, Dianae fanum, Epheſi, Dorienſes, Apollinis Triopii. Quo statis temporibus cum vxoribus et liberis conueniebant et vna ſacris operam dabant, et mercimoniis, institutiſque equestribus gymnicis et muſicis certaminibus variis deoſque communibus donariis honorabant. Peractis vero ſpectaculis, et nundinis atque aliis festis, in quibus omnes omni humanitatis genere ſe mutuo excipiebant, ſi qua inter Ciuitates interceſſiſſet offenſio, Iudices ſedentes de ea cognoſcebant, et de bello contra Barbaros gerendo et de mutua concordia inter ſe conſultabant.

Diod. Sic. l. 15. ad Olymp. CI. 4.

Κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἐννέα πόλεις εἰώθεισαν κοινὴν ποιεῖσθαι σύνοδον τὴν τῶν Πανιωνίων, καὶ θυσίας συνθύειν ἀρχαίας καὶ μεγάλας Ποσειδῶνι περὶ

Nouem per Ioniam vrbes ſolenni Panionia conuentu frequentare, et opimas Neptuno victimas, antiquo ritu, ad Mycalen quam vocant in ſolitario quodam loco ſacrificare conſueuerant. Quae festi Panionici ſolen-

[f] Herodot. l. I. §. 141, etc.

τὴν ὀνομαζομένην Μυκάλην ἐν ἐρήμῳ τόπῳ. Ὕϛερον δὲ πολεμῶν γενομένων περὶ τούτους τοὺς τόπους, οὐ δυνάμενοι ποιεῖν Συνπανιώνια, μετέθεσαν τὴν Πανήγυριν εἰς ἀσφαλῆ τόπον, ὃς ἦν πλησίον τῆς Ἐφέσου.

lennitas cum per crebra illic bella celebrari non amplius posset, in locum magis tutum ab Epheso non procul comitia illa transtulerunt.

Praeter Amphictyonas autem, *quod*, vt ait Plinius[g], *erat publicum Graeciae Concilium*, et in quo vniuersi istius populi factiones conspirabantur, necesse erat vt aliae atque aliae Ciuitates, quas vel priuata aliqua calamitas, aut similitudo fortunae, aut consilii ratio in communionem aliquam et necessitatem amicitiae coegerat, eae proprios et priuatos conuentus cogerent, quos Amphictyonias dicerent, ad magni istius Concilii imaginem et exemplum institutos, ambitu tamen et auctoritate, addo etiam nomine et celebritate, longe inferiores.

Diod. Sic. l. 15. ad Olymp. c. 4.

Ο δὲ δῆμος [Ἀθηναίων] κοινὸν Συνέδριον ἁπάντων τῶν Συμμάχων Συγκατεϛήσαντο, καὶ Συνέδρους ἀπέδειξαν ἑκάϛης πόλεως. ἐτάχθη δὲ ἀπὸ τῆς κοινῆς γνώμης τὸ μὲν Συνέδριον ἐν ταῖς Ἀθήναις Συνεδρεύειν, πόλιν δ' ἐπίσης καὶ μεγάλην καὶ μικρὰν μιᾶς ψήφου κυρίαν εἶναι.

Populus [Athieniensis] communem omnium quibus cum sociale foedus icerant senatum instituit, in quo delecti ex vnaquaque Ciuitate consultarent. Conuenerat autem inter ipsos decreto communi, vt consessus ille Athenis haberetur, et cunctis ex aequo vrbibus, magnae siue paruae essent, vnius suffragii ius et potestas foret.

Huiusmodi autem verisimile est plurimos olim conuentus celebrari, partim perpetuos, partim subitos et pro fortunarum ratione ad tempus solummodo agitatos. Celeberrima longe erat Amphictyonia circa Calauriam, cuius memoriam *Strabo* nobis conseruauit.

Strab. l. VIII. p. m. 374.

Ην δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἑπτὰ πόλεων, αἳ μετεῖχον τῆς θυσίας. Ἦσαν δὲ Ἑρμιών, Ἐπίδαυρος, Αἴγινα, Ἀθῆναι, Πρασιεῖς, Ναυπλιεῖς, Ὀρχόμενος ὁ Μινύειος.

Fuit et Amphictyonum conuentus quidem ad hoc templum ciuitatum VII, *quarum nomina Hermione, Epidaurus, Aegina, Athenae, Prasiae, Nauplia, Orchomenus Minyeius.*

Tali nimirum foedere tenebantur Ciuitates in lapide nostro recitatae, quae legatos Delum miserunt, leges de Sacris, Deliis nempe, laturos, ceteraque administraturos quae huic Rerump. communioni conuenire

[g] XXXV. 9.

maxime

maxime viderentur. Neque tamen Delii ipſi videntur ad condicionem foederis admitti, aut iuris alicuius aut dignitatis praerogatiua vna cum ceteris in Aegaeo populis cenſeri. Quorum omnium fidem abunde facit *Athenaeus*, apud quem ſolum ex vetustis ſcriptoribus horunce Amphictyonum vestigia exstare credo. In eo autem memoriae proditum est ex auctoritate *Apollodori* Athenienſis, nihil in his Sacris peragendis ad Incolas ipſos adtinere praeter ministerium ſacras epulas coquendi [h] lectuloſque sternendi. Addit ille, eueniſſe ex ea conſuetudine, vt multis Deli Incolis ex istiusmodi operis et e ratione Rei Culinariae inderentur nomina quae ad posteros propagarentur, cuiusmodi erant Μάγαδις, Γογγύλος, Χοίραχοι, ΑΜΝΟΙ, ΑΡΤΥΣΙΛΑΟΙ, Σήσαμοι, ΑΡΤΥΣΙΤΡΑΓΟΙ, Νεωκόροι, Ιχθυβόλοι, Κυμινάνθαι. Immo totam gentem Deliorum vna appellatione contineri ait, Ελεοδύτας nempe, διὰ τὸ τοῖς ἐλεοῖς ὑποδύεσθαι. Ελεὸς autem est Menſa Coquinaria :

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὤπτησε, καὶ εἰν ΕΛΕΟΙΣΙΝ ἔθηκε

Homer. *Iliad.* I. 215.

Vnde cum quidam olim P. hunc in ius vocaſſet, non dicam ſcripſit in DELIOS, ſed ΕΛΕΟΔΥΤΑΣ, τὸ κοινὸν τῶν Ελεοδυτῶν ἐπηλιάσατο. Verba ſunt Auctoris mei. Eius nomenclaturae ſunt Delii plurimi in marmore quod explicamus, Αρίστων nempe, col. 1. l. 14. Πύρραιθος, col. 2. l. 9. Fύφραίνετος, l. 15. Κλεάταρχος, l. 17. Ita etiam in marmore Deliaco apud Arundelliana, CLVII.

ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΣ ΑΜΝΟΥ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

Ego interea huius historiolae neſcius, et tanta auctoritate destitutus, fractas illas et hiulcas voces

col. 1. l. 15. Α . ΤΥΣΙ . ΕΩΣ
col. 2. l. 21. Α . ΣΙ . . . .

dudum emendaueram ſecurus

ΑΡΤΥΣΙΛΕΩΣ
ΑΡΣΙΛΕΩΣ

Apud Romanos ſimiliter lectisterniis praeeſſe ſolebant quos EPVLONES vocarent, Collegium ſc. IIIuirale primo A. V. C. DLIII institutum. *Romae eo primum anno IIIuiri Epulones facti, C. Licinius Lucullus, T. Romuleius qui legem de creandis his tulerat, et P. Porcius Lecca.* Liu. XXXIII. *Sed vt Pontifices veteres, propter ſacrificiorum multitudinem,* tris viros Epulones *eſſe voluerunt, cum eſſent ipſi a Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, instituti.* Cic. III. *de Orat.* 73. deinde autem VII viri facti :

[h] μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας. Athen. l. c.

SACER-

SACERDOT. BONAE. DEAE.
ET. COLLEG. VII. VIR. EPVLON.
Gruter. CCXXVII. I.

item in alia Inſcriptione *Gruteriana*, quam in aliena re laudauimus, pag. huius Commentarii 46.

AVGVSTI. TI. CLAVDI. CAISAR. VIIↃIR. EPVLON.

Item cuius Pater Flamen, aut Augur, aut Quindecimuirum ſacris faciundis, aut qui Septemuirum Epulonum, *aut Salius est.* Gell. I. 12. Et profecto nimium veriſimile est ex ea cura et exercitatione DELIACORVM GALLINARIORVM nomen et celebritatem profluxiſſe, *An tibi quaerendus annularius aliqui, quoniam* Gallinarium *inuenisti* Deliacum *illum qui oua cognoſceret.* Cic. 2. *Acad.* 26. *Tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe compluris, ſaluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus cauſa ſolerent. hi, cum ouum inſpexerant, quae id gallina peperiſſet, dicere ſolebant.* Id. 2. *Acad.* 18. *Gallinas ſaginare Deliaci coepere.* Plin. X. 50. *Gallinae villaticae ſunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui* ὀρνιθοβοσκεῖον *instituere volunt, iidem adhibita ſcientia ac cura, vt capiant magnos fructus (vt maxime factitauerunt Deliaci) haec quinque maxime animaduertant oportet.* Varro *de R. R.* III. 9. *Huius igitur villatici generis non ſpernendus est reditus, ſi adhibeatur educandi ſcientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebrauere Deliaci.* Colum. VIII. 2. Quod autem vehementer laboro, idem *Apollodorus*, dum de Deliis agit et de coquinaria hac prouincia, diſerte confirmat eos in hac cura AMPHICTYONIBVS ſubeſſe qui de his rebus statuere, et leges ferre ſolerent. Καὶ ὁ τῶν Ἀμφικτυόνων δὲ νόμος κελεύει ὕδωρ παρέχειν Ἐλεοδύτας· τοὺς τραπεζοποιοὺς καὶ τοὺς τοιούτους διακόνους σημαίνων. Athen. l. c.

Ex initio huius Monumenti Τάδε ἔπραξαν Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων, et aliunde, ſc. col. 2. l. 11. ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τεττάρων ἐτῶν, constabit vtique Iuriſdictionem hanc, et Praerogatiuam computum ineundi, aliaſque res plenario iure administrandi Athenienſibus ceſſiſſe. Ea autem Iuriſdictio aut ambulatoria fuit et per vices alternabatur, qualis in magno Amphictyonum Concilio, illa Hieromnemonum ſolebat eſſe Potestas

ΘΕΟΙΣ.

ΕΠΙ. ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΕΝ.
ΔΕΛΦΟΙΣ. ΠΥΛΑΙΑΣ. ΗΡΙΝΗΣ. ΙΕΡΟ

ΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ. ΑΙΤΩΛΩΝ. ΠΟ
ΛΕΜΑΡΧΟΥ. ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ.
ΔΑΜΩΝΟΣ.

Apian. Cyriac. Anconit.
Gruter. CXXIX. 15. MXXI. 7.
Reinef. I. 241.

aut verifimilius est, vt olim[i] dixi, leonino iure omnia ad fe traxiffe inclementem hanc Remp. quae auctoritate et duriffimo imperio faepiffime infimulabatur Sociorum animos cum ceruicibus fregiffe. Ad leuandam vero inuidiam, atque ad fimultates tollendas, pro fuo more loquendi, id quod in hac re Imperio potuit, Verbis deliniuit: et cum *more* agere *Amphictyonico* aequius et popularius fuiffe videretur, eleganti hoc et callidiffimo commento munia omnia imperii, magiftratus iurifque dicundi adripuit, nomen remifit. Nam fiue factum ominis gratia, fiue decoris et elegantiae, nulla fuit Gens quae linguis faueret magis, aut ab omni vel acerbitate vel foeditate orationis ftudiofius caueret. Verbi gratia. Quodcunque in communi fociorum concilio vel ad claffis aedificandas, vel ad muros reficiendos, vel ad exercitus comparandos, Ciuitatibus imperaretur, proprie dicebatur ΦΟΡΟΣ. Verum odiofum Tributi nomen, et Imperii magis quam Amicitiae videbatur: appellari idcirco coepit ΣΥΝΤΑΞΙΣ. Non id quod vi et neceffitate foluerent, fed Symbola quam vltro conferrent. Ελεγε δὲ ἑκάστους Φόρους, Συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ελλήνες τὸ τῶν Φόρων ὄνομα. Harpocr. in v. Σύνταξις.[k] Iterum. Durius erat et incivilius nomen ΠΟΡΝΗ: Leuius ΕΤΑΙΡΑ. Eoque deinde honestiori vocabulo meretricios amores diffimulabant. Erat Athenis delubrum ΕΤΑΙΡΑΣ ΤΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ, de qua *Apollodorus Athenienfis* in libro de Diis ita fcribit, Εταῖραν τὴν Αφροδίτην τὴν τοὺς ἑταίρους καὶ τὰς ἑταίρας συνάγουσαν· τοῦτο δ' ἐστὶ φίλας. καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας, ἑταίρας —— καλοῦσι δὲ καὶ τὰς μισθαρνούσας ἑταίρας, καὶ τὸ ἐπὶ συνουσίαις μισθαρνεῖν, ἑταιρεῖν, ΟΥΚ ΕΤΙ ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΤΥΜΟΝ ἀναφέροντες, ἀλλὰ ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΥΣΧΗΜΟΝΕΣΤΕΡΟΝ, καθὸ καὶ Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ ἀπὸ τῶν ἑταιρῶν τοὺς ἑταίρους διαστέλλων φησί.

Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων, νὴ Δία,
Μᾶλλον δ' ἑταιρῶν. ταῦτα δ' ὄντα γράμματα
Τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

Athen. L. 13. p. m. 283.

[i] Pag. 10. [k] Vid. *Spanheim.* ad *Iulian. Orat.* I. p. 166.

Tam

Tam *Carcerem* quam *Lupanar* velabant honestiſſimo vocabulo, cum vtramque malam manſionem appellarent ΟΙΚΗΜΑ[l]. Omnium denique diſertiſſime *Demosthenes*[m], Οἶμαι γὰρ ἂν μηδένα ἀντειπεῖν ὡς οὐχ ὅσα πώποτε τῇ πόλει γέγονεν, ἢ νῦν ἐστὶν ἀγαθὰ, ἢ θάτερα, ΙΝΑ ΜΗΔΕΝ ΕΙΠΩ ΦΛΑΥΡΟΝ, ἐκ τοῦ τῶν τριήρων τὰ μὲν κλήσεως, τὰ δ' ἀπουσίας γέγονεν.

l. 5. ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΣ] Vnuſquiſque Athenienſium, qui in Monumento nostro ad munus aliquod praestandum accedit, patrio ritu, Parentis nomine cenſetur, itemque Populi ſiue Pagi cui adſcribebatur. Hoc in formulis istius Gentis ceteriſque monumentis publicis perpetuo fere obtinet. Nemo abſque ea ſolennitate vel legem vnquam rogauit, aut testimonium dixit, aut testamentum ſignauit, aut reum peregit, aut magistratum geſſit, aut magistratui erat a manu[n]. Norunt omnes, qui literas humaniſſimas norunt, decantatiſſimum illum Senarium[o],

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ ΤΑΔ ΕΙΠΕ

ex initio Rogationis Demosthenicae deſumptum; et triste illud carmen, ſiue formulam accuſandi,

ΘΕΣΣΑΛΟΣ ΚΙΜΩΝΟΣ ΛΑΚΙΑΔΗΣ
ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝ ΚΛΕΙΝΙΟΥ ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΝ
ΕΙΣΗΓΓΕΙΛΕΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩ ΘΕΩ etc.[p]

Romani etiam moris erat, vti ex fragmento *Legis Seruiliae*[q] apparet, Ciuem Romanum PATRE, TRIBV et COGNOMINE ostendere. Nempe haec erat ſeries; *Praenomen* cum *nomine*: *Praenomen* item *Patris* (aliquando etiam *Aui*) deinde *Tribus* ſexto caſu, vltimo demum *Cognomen*[r]. Testis poterit eſſe Cicero. CVM. SER. SVLPICIVS. Q. F.

[l] Ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν Πόρνας Ἑταίρας, τοὺς δὲ Φόρους Συντάξεις, Φυλακὰς δὲ τὰς Φρουρὰς τῶν πόλεων, Οἴκημα δὲ τὸ Δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν Σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Plutarch. in Solone. Καὶ οἱ ταμίαι, ἐφ' ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη, καὶ οἱ τῶν τῆς θεοῦ, καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεῶν, ἐν τῷ ΟΙΚΗΜΑΤΙ τούτῳ ἦσαν, ἕως ἡ κρίσις αὐτοῖς ἐγένετο. Demosth *c. Timocrat.* p. 468. Edit. Benenati: Pro LVPANARI. Τήνδε θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' ΟΙΚΗΜΑΤΟΣ, ἐντειλάμενον πάντας τε ὁμοίως προσδέκεσθαι. Herodot. *Euterp.* 121. Male Interpres, *domi.* Ες τοῦτο δὲ ἐλθεῖν Χέοπα κακότητος, ὥστε τὴν θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ, χρημάτων δεόμενον, κατίσαντα ἐπ' ΟΙΚΗΜΑΤΟΣ, προστάξαι πρήσσεσθαι ἀργύριον ὁκόσον δή τι. Idem ibid. 126. Συμβουλεύω σοι, Θέτταλε, ποικιλόδιφρε, τὰς ἐπὶ τῶν ΟΙΚΗΜΑΤΩΝ ἀσπάζεσθαι. Athen. l. 13. p. m. 281. Πρῶτος Σόλων διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν ἔστησεν ἐπὶ ΟΙΚΗΜΑΤΩΝ γύναια πριάμενος —— πανδήμου Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι, ἀφ' ὧν ἠργυρίσαντο αἱ προστᾶσαι τῶν ΟΙΚΗΜΑΤΩΝ. Id. ibid. p. m. 282. [m] *c. Androt.* [n] *Brodaeus* V. *Miſcell.* 5. *Demosth. c. Boeotum de nomine.* [o] Παραυτίκα μὲν οὖν ὁ Φίλιππος ἐπὶ τῇ νίκῃ διὰ τὴν χαρὰν ἐξυβρίσας —— ᾖδε τὴν ἀρχὴν τοῦ Δημοσθένους ψηφίσματος, πρὸς πόδα διαιρῶν καὶ ὑποκρούων, ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ ΤΑΔ ΕΙΠΕΝ. Plutarch. in *vita Demosthenis.* [p] Idem. in *vita Alcibiadis.* [q] *Gruter.* DVI. [r] Vide *Aſconium* in prooemio *Ciceronis in Verrem*, et virum celeberrimum *Weſſelingium Probabil.* c. 15.

LEMONIA. RVFVS. ITA. DE. REP. MERITVS. SIT. VT. HIS. ORNAMENTIS. DECORARI. DEBEAT. SENATVM. CENSERE. ATQVE. E. REP. EXISTIMARE. AEDILIS. CVRVLIS. EDICTVM. QVOD. DE. FVNERIBVS. HABEANT. SER. SVLPICII. Q. F. LEMONIA. RVFI. FVNERI. MITTERE[s]. In lapide *Brixienſi*

C. IVLIO. C. F.
FAB. SCAPT.[t]
CAESARI.
AVGVSTO.

Gruter. CXXVI. 3.

Iterum in *Corinthiaco*[u],

Π. ΛΙΚΙΝΙΟΣ. ΠΥΑΙΜ. ΠΡΕΙΣΚΟΣ.

Quem olim emendatiſſime diſtinxit *Perizonius*[x] hoc modo,

Π. ΛΙΚΙΝΙΟΣ. Π. Υ. ΑΙΜ. ΠΡΕΙΣΚΟΣ.

nempe P*ublius* LICINIVS P*ublii* F*ilius* AEM*ilia* PRISCVS. Pagorum Atticorum nomina, nomina item gentilia quae inde deducuntur, ex antiquis, *Stephano* maxime *de vrbibus*, *Harpocratione*, *Heſychio* aliiſque collegit et ſingulari libro digeſſit Vir incredibilis operae *I. Meurſius*, quem optimus *Sponius* marmorum auctoritate fretus ſaepiſſime in viam reduxit. De ſcriptura populorum, qui hic leguntur, vix quidquam dubitatur, Σκαμβωνίδης l. 5. Ἀχαρνεὺς l. 6. ἐκ Κοίλης l. 8. Μαραθώνιος l. 9. Παλληνεὺς l. 10. Ἑρμείω l. 34. De voce Ξυπεταιόνων l. 7. ſolummodo lis moueri poſſe videtur. Quam, cum varie in libris ſcribitur, forte ad hoc exemplar redigi oportet. Alium omnino lapidem non noui vbi iſte Populus exaratur.

l. 6. ΙΔΙΩΤΗΣ] Primum hodie legitur *proprium* nomen Ἰδιώτης. Quod tamen indubie legitur. Patrem habuit Theogenem, miror ni illum ab *Ariſtophane*[y] lepide depexum, et aeuo ſuo ſatis celebrem. Θεογένης οὗτος, ait σχτης ad locum, ἐστὶν ὁ Ἀχαρνεύς. Tempora certe concordant.

l. 10. Lege ΑΙΔΕ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΤΟ ΤΟΚΟ ΑΠΕΔΟΣΑΝ. Ciuitates quae hoc foedere coniunguntur, ſunt MYCONVS, SYRVS, TENVS, CEOS, SERIPHVS, PARVS, SIPHNVS, IVS, PARVS, ex Inſ. Icaro duae, THERME et OENAE, NAXVS denique, ANDRVS, CARYSTVS, et vna praeterea, cuius memoria aboletur. Omnes, ſi *Caryſtios* ſolummodo excipias, in numero Cycladum. Cyclades autem ab aliis Scriptoribus aliter recenſentur.

[s] IX. *Philip.* exeunte. [t] *Fabianis et Scaptienſibus tribulibus ſuis*. Sueton. in *Octauio* c. 40. [u] Apud *Sponium* in *Miſcell. Erudit. Antiq.* p. 363. et in Schedis ineditis *Vernoni*. [x] Vid. *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* IV. 9. [y] *Ran.* 1178.

Scy-

Scylax Caryandenſis[z]	Dicaearchus[a]	Artemidorus[b] et Strabonis Excerptor	Strabo	Eustathius[c]	Mela
ΚΕΩΣ	ΚΕΩΣ	ΚΕΩΣ	ΚΕΩΣ	Κύθνος	Sicynus
Κύθνος	Κύθνος	Κύθνος	Κύθνος	ΠΑΡΟΣ	Hypanus
ΣΕΡΙΦΟΣ	ΣΕΡΙΦΟΣ	ΣΕΡΙΦΟΣ	ΣΕΡΙΦΟΣ	Αμοργὸς	Cythnus
ΣΙΦΝΟΣ	ΣΙΦΝΟΣ	Μῆλος	Μῆλος	ΔΗΛΟΣ	SIPHNVS
ΠΑΡΟΣ	Κίμωλος	ΣΙΦΝΟΣ	ΣΙΦΝΟΣ	ΤΗΝΟΣ	SERIPHVS
ΝΑΞΟΣ	ΔΗΛΟΣ	Κίμωλος	Κίμωλος	ΙΟΣ	Rhene
ΔΗΛΟΣ	ΜΥΚΟΝΟΣ	Πρεπέσινθος.	ΠΑΡΟΣ	ΣΕΡΙΦΟΣ	PARVS
Ρήνη	ΤΗΝΟΣ	Ωλέαρος	ΝΑΞΟΣ	ΜΥΚΟΝΟΣ	Scyrus
Σκῦρος	ΑΝΔΡΟΣ	ΠΑΡΟΣ	ΣΥΡΟΣ	ΣΥΡΟΣ	TENVS
ΜΥΚΟΝΟΣ		ΝΑΞΟΣ	ΜΥΚΟΝΟΣ	ΣΙΦΝΟΣ	MYCONVS
ΤΗΝΟΣ		ΣΥΡΟΣ	ΤΗΝΟΣ	ΑΝΔΡΟΣ	NAXVS
ΑΝΔΡΟΣ		ΜΥΚΟΝΟΣ	ΑΝΔΡΟΣ	ΝΑΞΟΣ	DELVS
		ΤΗΝΟΣ			ANDRVS
		ΑΝΔΡΟΣ			
		Γύαρος			

[z] Ex Edit. *Iac. Gronouii*, Lugd. Bat. 1697. et *I. Hudſoni*, Oxon. 1698. tomo priore Geographorum veterum. [a] Inter *Hudſoni* Geographos. tom. 2. [b] Vid. eius fragmenta ſubiecta *Marciano Heracleotae* apud *Geographos Vett*. Cel. *Hudſoni*. p. 79. [c] ad *Dionyſium Perieget*. ℣. 525.

ibid.

ibid. TOKO] Τόκος, vnde ſumptus ad DELIA exſequenda ſuppeditarentur, erat *aut* Symbola quam vnaquaeque Ciuitas ſponte erogabat, *aut* Tributum quod imperioſe exercebatur, *aut* Fundorum reditus, *aut* denique Vſura, et Faeneratio. Et in hoc potiſſimum animo ſum, cum Τόκον de *faetura* proprie dici video: Incrementum ſc. quod ad ſortem accedit, cum nummus nummum parit [d]. *Non* erat Aedium fundorumue locatio, tum quia talem quaestum, *reditum* ſc. ea vox deſignare neque debeat neque ſoleat, tum quia iste prouentus alibi in hoc rationario ſc. l.25. etc. putatur. *Non* erat ſymbola collatitia et voluntaria, ex arbitrio profecta, et ab eo modum finemque accipiens, cum dicitur in auerſo latere aliquid ex ratiuncula restare. *Non* denique Pecunia imperata nomine vectigalis, cum vix credam gentem hanc, cultiſſimam licet et elegantem, eouſque tamen proceſſiſſe religionis in loquendo, vt duram istam neceſſitatem tam leni aut potius tam alieno nomine deſcribere ſolerent.

ibid. ΣΥΡΙΟΙ] Erat inſula SCYRVS quam inter Cycladas numerare ſolebant nonnulli ex antiquis, vt *Scylax*, *Mela*: *Plinius* [e] item vocat *Cycladum et Sporadum extimam*. Erat etiam SYRVS iuxta Ortygiam[f], i. e. Delum, cuius ciues proculdubio hic intelliguntur. Nam et Cycladibus proprie adnumeratur, et in hoc marmore diſertiſſime Σύριοι non Σκύριοι exaratur. Credo autem constantiſſime auctores, qui *Scyrum* Cycladibus adnumerant, eſſe emendandos, et reponi oportere *Syrum*. Id de *Scylace Caryandenſi* tam verum est quam quod est maxime verum. Cur non igitur de ceteris?

l. 12. ΙΗΤΑΙ] Ciues inſulae quae nominabatur *Ius*. Δεικνύουσι δὲ οἱ ΙΗΤΑΙ καὶ Ομήρου μνῆμα ἐν τῇ νήσῳ. Pauſan. in *Phocicis* p. 655. Τὸ ἐλεγεῖον τόδε ἐπέγραψαν ΙΗΤΑΙ ὕστερον χρόνῳ πολλῷ. Herodot. in *v. Homeri*.

[d] Ο δὲ τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέον. ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ᾽ εἴληφεν. ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν. ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. Aristot. I. *Politic.* 7. Vnde quidam e Vett. dixit, Τοκίζεται αὐτῷ ἀργύριον. Vid. *Poll.* L. 3. C. 9. Neſcius enim vt eſſes nolim, vbi de *Prouentibus* et *Fructibus* agitur, ad id genus restringi ΤΟΚΟΝ et ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΝ, vbi res rem ſibi ſimilem, ſpecies ſpeciem generauerit. *Gregorius Nyſſenus* in Epistola Canonica: Καίτοι παρὰ τῆς θείας γραφῆς ὁ Πλεονασμὸς καὶ ὁ Τόκος τῶν ἀπειρημένων ἐστί. Ad quae verba Balſamo: Πλεονασμὸς μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ὅταν τις δῷ τινὶ σῖτον, ἢ οἶνον, ἢ ἔλαιον, ἢ ἄλλο τι ἐπὶ τῷ λαβεῖν ὁμοιογενὲς πλέον τοῦ δοθέντος —— ὁ δὲ ΤΟΚΟΣ ΛΕΓΕΤΑΙ ΕΠΙ ΝΟΜΙΣΜΑΤΩΝ. *Fenerator a fenore est nominatus. Fenus autem dictum a* fetu, *et quaſi* a fetura quadam pecuniae parientis *atque increſcentis.* Varro apud *Gellium* XVI. 12. *Lex de credita pecunia Fenebris a Fetu dicta*, quod crediti nummi alios pariant, vt apud Graecos eadem res Τόκος dicitur. *Festus.* [e] IV. 12. [f] Σῦρος δ᾽ ἐστὶ μηκύνουσι (f. μηκύνουσα) τὴν πρώτην συλλαβὴν —— ταύτης δοκεῖ μνημονεύειν ὁ Ποιητὴς (Odyſſ. O. 402.) Συρίην καλῶν·

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται (εἴπου ἀκούεις)
Ορτυγίης καθύπερθε.

Strab. l. 10. in deſcriptione Cycladum.

De

De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. Alii Colophonium, alii Smyrnaeum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Aegyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Varro in libro de Imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma apposuit,

Capella Homeri candida haec tumulum indicat,
Quod hac Ietae *mortuo faciunt sacra.*

Gell. III. 11.

Ium insulam inter Cycladas recensent *Eustathius* et *Stephanus Byzantinus.* Arbitror autem post Ietas in nostro monumento recenseri Parios ΙΗΤΑΙ 𐅅ΗΗΗΗΠΑΡΙΟΙΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔ. Populum interuenisse constat ex ratione numeralium.

l. 13. ΘΕΡΜΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ] Icarus insula incelebrior in eodem mari, quam Cycladibus adnumerat *Stephanus,* non longe a Samo, duas ciuitates habuit. Οἰνόη, μία τῶν ἐν Ἰκαρία (nam ita aliquando scribitur) ΔΥΟ ΠΟΛΕΩΝ. Steph. *Byzant.* Ἴκαρος δίπολις. Scylax[g]. *Icarus quae nomen mari dedit tantundem ipsa in longitudinem patens,* cum oppidis duobus, tertio amisso. *Plin.* IV. 12. Vocabantur duo ista oppida Οἰνόη et Δράκανον, teste *Strabone*[h]. Tertium itaque oppidulum, *Stephani, Plinii* et *Strabonis* aetate amissum restituit marmor nostrum:

ΟΙΝΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ
ΘΕΡΜΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ.

ibid. lege ΘΕΡΜΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ ΗΗΗ. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ etc.
l. 14. ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΟ ΤΟΚΟ ΑΠΕΔΟΣΑΝ.
l. 15. ΑΡΙΣΤΩΝ
ibid. ΑΡΤΥΣΙΛΕΩΣ
l. 16. ΑΓΑΣΙΚΛΕΗΣ.
l. 17. ΔΗΛΙΟ
l. 18. ΔΗΛΙΟΣ
l. 19. Fortasse ΠΟΛΥΔΩΡΟΣ ΤΗΝΙΟΣ
ibid. ΛΕΥΚΙΝΟΣ ΔΗΛΙΟΣ ΥΠΕΡ ΚΛΕΤΑΡΧΟ ΔΗΛΙΟ
l. 21. ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣ ΔΗΛΙΟΣ
l. 22. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΚΟ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΙΔΙΩΤΩΝ
.ΗΗΗΔΔΠ

[g] p. 50. Edit. Gronou. [h] l. 14. p. m. 639.

Post

Post ſolutiones Ciuitatum hominumque ſingularium ſequitur

l. 23. TITVLVS III.

quem ſic leges

ΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗ ΜΗΝΥΘΕΝ ΕΚ ΤΩΝ
ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ ΔΗΛΙΟ Η Η Η ⊞ Δ Δ Δ

l. 24. TITVLVS IV.

ΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗ ΜΗΝΥΘΕΝ ΠΑΡΑ ΠΥΘΩΝΟΣ ΔΗΛΙΟ Χ ⊞

ibid. TITVLVS V.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΝΕΧΥΡΩΝ ΤΩΝ ΩΦΛΗΚΟΤΩΝ
ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ ΤΙΜΗΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Χ⊞ΗΗΗΗΔΔΔΔΠ

In prioribus computantur mulctae Episthenis et Pythonis, quibus dica, ἀσεβείας nempe, ſcripta olim erat: In hoc ſumma argenti nata ex *ſatisdatione*, vt loquuntur ICti, *iudicatum ſoluendi*. Inter cetera auctoritatis exempla iure etiam dicundo pollebant Amphictyones.

l. 25. TITVLVS VI.

ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ ΤΕΜΕΝΩΝ ΕΞ ΡΗΝΕΙΑΣ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ ΙΠΠΟΔΑ-
ΜΑΝΤΟΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΔΕ ΠΑΛΑΙΟ ΙΠΠΙΟ
Τ Τ Χ Η Η . .

Confer haec cum iis quae habet *Harpocratio*, Ἀπὸ μισθωμάτων, ἐκ τ̃ τεμενικῶν προσόδων, nempe cum docet ex aruipendiis fiue reditibus ſacris ſolita Sacra fieri. Ἑκάςῳ θεῷ, inquit ille, πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθουμένων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγίνοντο δαπάναι. Vide quae ſcripſit *Valeſius* in *Mauſſacum* p. 237. De latifundiis ſpeciatim Apollini Delio conſecratis hoc memoriae proditum est. Nicias Athenienſis, dum in his ſacris Ἀρχιθεώρου munus ſplendidiſſime administrauit, χωρίον μυρίων δραχμῶν πριάμενος καθιέρωσεν, οὗ τὰς προσόδους ἔδει Δηλίους καταθύοντας ἑςιᾶσθαι, atque etiam τοῦτο τῇ ςήλῃ ἐνέγραψεν ἣν ὥσπερ φύλακα τῆς δωρεᾶς ἐν Δήλῳ κατέλιπεν. Plutarch. in *Nicia*.

l. 26. ΕΞ ΡΗΝΕΙΑΣ] Cum Reditus Rheneaci ſc. ΤΤΧΗΗ . . ſint in quincupla, et quod excurrit, ratione ad reditus Deliacos ΧΧΗΗΗΗ⊞ΔΔΔ, nil adeo mirum ſi iſta inſula, quam alteram Delum faciunt, et quam Polycrates Apollini conſecrauit [h], tantopere ab isto Deo dilecta ſit.

Ἶσον καὶ Ῥήναιαν ἄναξ ἐφίλασεν Ἀπόλλων.

Theocr. XVII. *Idyll.* 70.

[h] Vid. ſupra p. 18.

ibid.

ibid.] Ad hunc locum ita adnotauit Vir doctissimus, cuius verba verto. ΕΞ ΡΗΝΕΙΑΣ. Rarissime inuenitur Ξ exeunte voce ante dictionem quae a Consonante orditur. Exempla tamen habes quae ex *Marmoribus Arundellianis* produxit *M. Mattairius*,[i] vbi reperitur ante Σ. His adiunge *Etym. M.* Ἐκ Ῥώμης. Η Ἐξ Πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ Ξ εἰς Κ. Δεῖ δὲ προσθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ μετὰ παρέλκοντος· οἷον ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ, Διεξσωλῆνος, καὶ πάλιν, Διεξτομύρτον —— ἔτι δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει στίχου· οἷον, ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ,

> Ἔνθα μιᾶς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ
> Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ιησονίης ἀπὸ νηός,

καὶ χωρὶς τοῦ Πάρεξ. Locus *Theocriti* est *Idyll.* XXII. 30. vbi tamen vulgo excuditur ἀμφοτέρων ΕΚ. Legitur Πάρεξ, infracta consona finali *Iliad.* Λ. 486.

> Στῆ δὲ πάρεξ· Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος:

Ad quem locum *Eustathius:* Ὅρα δὲ καὶ τὸ Πάρεξ, ἀπολύτως τε ῥηθὲν δίχα τινὸς συντάξεως, καὶ μετὰ τοῦ Ξ, καὶ ταῦτα συμφώνου ἐπιφερομένου· οὐ μὴν διὰ τοῦ Κ, ὡς ἐν τῷ —— Πάρεκ νόον ἤγαγε. De voce Πάρεξ haec etiam habet auctor *Etymologici M.* Πάρεξ, παρὰ τὴν Παρὰ πρόθεσιν καὶ τὴν Ἐξ, ἥτις δηλοῖ τὸ ἐκτός. βαρύνεται δὲ καὶ ὀξύνεται πρὸς διάφορα σημαινόμενα. Τὸ μὲν οὖν βαρυνόμενον σημαίνει τὸ χωρίς, καὶ συντάσσεται γενικῇ· οἷον Πάρεξ τοῦ Κυρίου, καὶ Πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους. Desumptum illud ex *Psalm.* XVII. 34. hoc ex *Herodoto* IV. 46.

l. 27. TITVLVS VII.

ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ ΤΕΜΕΝΩΝ Ε. ΔΗΛΟ ΕΠΙ
ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ Χ Χ Η Η Η Η Η 𐅅 Δ Δ Δ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢

Dubium in marmore nostro exaretur ΕΚ ΔΗΛΟ, anne ΕΓ ΔΗΛΟ, ideoque neutram lectionem excudi volui. Saepe posteriori modo lapides sunt incisi. Vid. *Montfauc. Palaeograph. Gr.* p. 146. *Spanhem. Numism.* T. I. p. 119.

l. 28. TITVLVS VIII.

ΟΙΚΙΩΝ ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ ΕΠΙ ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΔΕ ΙΠΠΙΟ
Η Η 𐅅 Δ Δ Δ Δ Π ⊢ ⊢

Ita hunc titulum leges securus. De aedibus in Delo sacris alibi agetur.

[i] de Gr. dialect. p. 165.

EXPENSARVM

TITVLVS I.

l. 31. ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ ΤΩΙ ΘΕΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩΙ ΜΙΣΘΟΣ Χ 𐅆

De Coronis pauca habe. In ſacris faciundis Deorum templa, porticus et veſtibula corollis ornare ſoliti ſunt Veteres. Στεφανοῦσι δὲ καὶ τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας, ἤτοι τιμῆς χάριν, καθαπερεί τινος θεοῦ τὰ πρόθυρα στεφανοῦσιν αὐτῶν· ἢ οὐ τοῖς ἐρωμένοις, ἀλλὰ τῷ Ἔρωτι ποιούμενοι τὴν τῶν στεφάνων ἀνάθεσιν. Τοῦ μὲν γὰρ Ἔρωτος τὸ ἐρώμενον ἄγαλμα, τοῦτο δὲ ναὸν ὄντα τὴν οἴκησιν, στεφανοῦσι τὰ τῶν ἐρωμένων πρόθυρα. Athen. l. 15. p. m. 332. de Coronis amatoriis. Praecipue autem hoc honore Deum ipſum, cui vota facerent, mactare, erat et maxime ſolenne, et id ad quod hic Titulus Expenſarum ſpectare videtur. *In ipſo fere meditullio Hipponae Deae ſimulachrum, aediculae reſidens, quod accurate* corollis roſeis *recentibus fuerat ornatum.* Apul. III. *Metam.* Τοιγάρτοι ἀκόλουθα τῆς ῥαθυμίας τἀπίχειρα κομίζῃ παρ' αὐτῶν, οὔτε θύοντος ἔτι σοι τινός, οὔτε ΣΤΕΦΑΝΟΥΝΤΟΣ, εἰ μή τις ἄρα πάρεργον Ὀλυμπίων· καὶ οὗτος, οὐ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἰς ἔθος τι ἀρχαῖον συντελῶν. Verba ſunt Timonis de Ioue quiritantis apud *Lucianum.* Donarium iſtud eximium, Deo alicui merito ſuo maximo conſecratum, vocabatur ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἅπαντας ὁρᾶν ὑπὸ τῶν ΣΤΕΦΑΝΩΝ ταῖς χοινικίσι κάτωθεν γεγραμμένα, οἱ Σύμμαχοι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἀνδραγαθίας ἕνεκ' ἐστεφάνωσαν καὶ δικαιοσύνης, ἤ, ΟΙ ΣΥΜΜΑΧΟΙ ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ ΤΗΙ ΑΘΗΝΑΙ ΑΝΕΘΗΣΑΝ. Demoſth. *c. Timocr.*[k] Tale Ἀριστεῖον ſaepiſſime etiam Ciuibus ob rem gnauiter geſtam, ob beneuolentiam ceteraque in Remp. merita donare ſolebant. In Decreto Athenienſium apud *Ioſephum*[l],

ΤΙΜΗΣΑΙ. ΤΟΝ. ΑΝΔΡΑ.
ΧΡΥΣΩΙ. ΣΤΕΦΑΝΩΙ. ΑΡΙΣΤΕΙΩΙ. ΚΑΤΑ. ΤΟΝ.
ΝΟΜΟΝ.

Τὸ δὲ Βρούτου σῶμα ἀράμενοι μετὰ πολλῶν ἐπαίνων τε καὶ δακρύων εἰς τὴν Ῥώμην ἀπεκόμιζον οἱ κράτιστοι τῶν ἱππέων, ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ ΚΕΚΟΣΜΗΜΕΝΟΝ ΑΡΙΣΤΕΙΟΙΣ. Dionyſ. Halic.[m] Ἔπαινον τοῦ Μαρκίου διεξῆλθε πολύν, καὶ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ αὐτὸν ΑΡΙΣΤΕΙΟΙΣ ἀνέδησαν. Idem.[n] Ἐκ ταύτης τῆς μάχης ΑΡΙΣΤΕΙΟΙΣ ΑΝΕΔΟΥΜΗΝ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ. Idem.[o] Male hanc lecti-

[k] pag. 475. Edit. Pariſinae. [l] I. *Antiqq. Iud.* 8. [m] V. *Antiqq. Rom.* 17. [n] VI. 94. [o] VIII. 29.

onem

onem ſollicitarunt nonnulli, qui operam *Dionyſio* impenderunt, vti obſeruatum est viro doctiſſimo, cui hoc in loco plurimum debeo.

Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ.
ΠΡΑΞΙΚΛΗΝ. ΝΕΟΜΗΔΟΥΣ.
ΕΤΙΜΗΣΑΝΤΟ. ΕΒΔΟΜΟΝ.
ΧΡΥΣΩΙ. ΣΤΕΦΑΝΩΙ. ΑΡΙΣΤΕΙΩΙ.
ΚΑΙ. ΕΙΚΟΝΙ. ΧΑΛΚΗΙ.
ΚΑΙ. ΠΡΟΕΔΡΙΑΙ. ΕΝ. ΤΟΙΣ. ΑΓΩΣΙΝ.
ΚΑΙ. ΣΙΤΗΣΕΙ. ΕΝ. ΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙ.
ΑΡΕΤΗΣ. ΕΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ. ΕΥΝΟΙΑΣ.
ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ. ΤΗΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ.
ΠΑΤΡΙΔΑ.
ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΤΗΙ. ΠΡΟΣ. ΤΟΥΣ. ΘΕΟΥΣ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΙ.
ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΤΩΙ. ΚΑΤΑ. ΠΑΝΤΑ. ΤΡΟΠΟΝ.
ΑΡΙΣΤΑ. ΠΕΠΟΛΙΤΕΥΣΘΑΙ.

Gruter. CCCCLX. 1.

TITVLVS II.

l. 32. ΤΡΙΠΟΔΕΣ ΝΙΚΗΤΗΡΙΑ ΤΟΙΣ ΧΟΡΟΙΣ
ΚΑΙ
ΤΩΙ ΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩΙ ΜΙΣΘΟΣ
Χ.

Nihil magis ſolenniter inter antiquos retro citroque dono datum, amicitiae, beneuolentiae aut *ἀνδραγαθίας* ergo, quam Tripodes.

Ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω,
Ἑπτ' ἀπύρους ΤΡΙΠΟΔΑΣ, *δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.*

Homer. I. *Iliad.* 121.

Πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήϊον ἐν χερὶ θήσω,
Η ΤΡΙΠΟΔ', *ἠὲ δύω ἵππους αὐτοῖσιν ὄχεσφιν*
Ηὲ *γυναῖχ' ἥ κέν τοι ὁμὸν λέχος εἰσαναβαίνοι.*

Id. Θ. 289.

πρὸς δ' αὐτοὶ ἐμηχανόωντο κέλευθον,
Μισθὸν ἀειρόμενοι ΤΡΙΠΟΔΑ *μέγαν Ἀπόλλωνος·*
Δοιοὺς γὰρ ΤΡΙΠΟΔΑΣ *τηλοῦ πόρε Φοῖβος ἄγεσθαι*
Αἰσονίδῃ περόωντι κατὰ χρέος.

Apollon. *Rhod.* IV. 528.

Munera principio ante oculos circoque locantur
In medio, ſacri tripodes, *virideſque coronae,*
Et palmae, precium victoribus.

Virg. V. *Aen.* 110.

Bina dabo argento perfecta atque aſpera ſignis
Pocula; deuicta genitor quae cepit Ariſba:
Et tripodas *geminos, auri duo magna talenta.*

Id. IX. *Aen.* 263.

Tripus vocabatur quodcunque tribus pedibus inſiſtebat, puta lebetes, menſae, calices, ſedilia, thuribula, lychnuchi[p]. Huiuſmodi bene multos, vetuſtatis reliquias, aere excudit et illuſtrauit Cl. *Sponius*[q]. Neque *fortium* ſolummodo erant virorum *praemia*, vt loquitur *Horatius*[r], verum in ludis, Apollinaribus maxime et Liberalibus[s], Choro qui certando viciſſet, dabantur in νικητήριον. Vix enim quenquam puto neſcire Tribum quae Athenis ἐν τοῖς Διονυσίοις vocaliſſimum chorum aleret, iſtiuſmodi praemium lege reportaſſe. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς τε κριτὰς διαφθείραντος τούτου τότε, καὶ διὰ τοῦτο τῆς φυλῆς ἀδίκως ἀφαιρεθείσης τὸν τρίποδα. Demoſth. *c. Midiam*[t]. Immemor autem ne ſis iſtius doni eam fuiſſe rationem, vt non domum ad victorem duceretur, verum ab eo Numini, cui ludi facti eſſent, cum religione quadam conſecraretur.

Herodot. Cl. 144.

Ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τοῦ Τριοπίου Ἀπόλλωνος ἐτίθεσαν τοπάλαι τρίποδας χαλκέους τοῖσι νικῶσι· καὶ τούτους χρῆν τοὺς λαμβάνοντας ΕΚ ΤΟΥ ΙΡΟΥ ΜΗ ΕΚΦΕΡΕΙΝ ΑΛΛ ΑΥΤΟΥ ΑΝΑΤΙΘΕΝΑΙ ΤΩΙ ΘΕΩΙ.[u]

Nam in certamine Apollinis Triopii tripodes victoribus conſtituebantur olim aerei: QVOS ACCEPTOS NON E SACRO [templo] EFFERRE, SED DEO DICARE IBIDEM OPORTEBAT.

Cum itaque paſſim legimus Antiquos oſtentare iſtiuſmodi Tripodum dedicationes, aliquando etiam inter merita recenſere quae in Remp. contulerint[x], neque interea in Tripode comparando quidquam tam magni-

[p] Τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες τρίποδες ὠνομάζοντο. Athen. l. 2. p. m. 19. [q] *Miſcell. Erudit. Antiq.* p. 118. [r] IV. *Carm.* 8. 3. [s] Veritatis, inquit *Athenaeus*, Symbolum Tripus, διὸ ΑΠΟΛΛΩΝΙ μὲν οἰκεῖος, διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν· ΔΙΟΝΥΣΟΥ δέ, διὰ τὴν ἐν μέθῃ. Athen. l. c. Adde *Iſaeum* in inferioribus adductum, τοῦτο μὲν ἐν ΔΙΟΝΥΣΟΥ τρίποδας —— τοῦτο δ' ἐν ΠΥΘΙΟΥ· et *Suidam* in Πύθιον. Ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός. Εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν οἱ τῷ Κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. [t] pag. 12. Edit. Cant. 1743. 8uo. [u] De conſecratis Tripodibus vide *Herodot.* V. 59. [x] Καίτοι, ὦ ἄνδρες, οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι οἱ ταῦτα κτησάμενοι, καὶ καταλιπόντες, πάσας μὲν χορηγίας ἐχορήγησαν, εἰσή-

magnificum, aut in consecrando tam religiosum appareat, memineris haec non tam de Tripode dici, verum de liberalitate quam in munere aedilitio expromsissent. Licet enim sumptum hic suppeditauit τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων, domi tamen, in Liberalibus vnusquisque Aedilis, Χορηγὸν dixerunt Graeci, de proprio impendebat. Quod cum saepissime grandi steterit pecunia, sc. quinque mille drachmis[y], fiebat vt grauissimum munus istud iure semper declinarent homines minus beati; vt merita sua ostentarent quicunque olim obiissent; vt denique Tripodum consecratio semper paratum esset argumentum, eos bene lauteque aetatulam agere qui consecrassent[z]. Nam cum de condicione et fortunis Aristidis ageret *Plutarchus*, ait, σημεῖον ἐδόκει εἶναι μέγιστον, ὅτι νίκης ἀναθήματα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου καταλέλοιπεν. In *templo* nimirum *Bacchi*, (quemadmodum etiam intelligo locum alterum eiusdem Scriptoris[a], Ὁ τοῖς χορηγικοῖς τρίποσιν ὑποκείμενος ἐν Διονύσου νεώς· aedicula nempe in fano Bacchi istiusmodi vsibus accommodata, atque illum porro *Athenaei*[b], Τὸ νικητήριον ἐν Διονύσου τρίπους) non cum Interpretibus *in Festo Bacchi*[c].

Ei religioni videtur Athenis sacrum fuisse olim sacellum quod hodie superest, et ab hodiernis hominibus, nescio quo errore, vocatur *Fanari tou Demostene*[d]. Nam praeterea quod *exstantibus*, vt aiunt, tripodum imaginibus vndique ornetur, huiusmodi memoria etiam ibi legitur incisa: sc.

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ. ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ. ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ.
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ. ΠΑΙΔΩΝ. ΕΝΙΚΑ. ΘΕΩΝ. ΗΥΛΕΙ.
ΛΥΣΙΑΔΗΣ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕ. ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ.[e] ΗΡΧΕ.

Percurram, cum in hoc argumento sim, istius generis quae hodienum restant, monumenta omnia, a nullo, quod sciam, satis feliciter explicata.

εἰσήνεγκαν δὲ εἰς τὸν πόλεμον χρήματα πολλὰ ὑμῖν, καὶ τριηραρχοῦντες οὐδένα χρόνον ἔλιπον. καὶ τούτων μαρτύρια ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναθήματα ἐκεῖνοι ἐκ τῶν περιόντων, μνημεῖα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, ἀνέθησαν· τοῦτο μὲν ΕΝ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΤΡΙΠΟΔΑΣ ΟΥΣ ΧΟΡΗΓΟΥΝΤΕΣ ΚΑΙ ΝΙΚΩΝΤΕΣ ΕΛΑΒΟΝ· τοῦτο δ' ἐν Πυθίου. Isaeus *de Dicaeogenis hereditate*. p. 55. Edit. Steph. [y] Ἐχορήγησε ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙΛΙΑΣ δραχμάς. Lys. *de Aristoph. bonis* p. 347. Edit. London. Ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐνίκησα, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙΛΙΑΣ δραχμάς. Idem *Apol.* δωροδοκ. p. 373. [z] Ita *Demosthenes* adu. Phaenippum, Οἱ δὲ σοὶ πατέρες τοσούτων ἦσαν κύριοι χρημάτων, ὥστε ἑκάτερος τρίπους ἀνακεῖται, νικησάντων αὐτῶν Διονύσια χορηγούντων. [a] in *vita Niciae*. [b] l. 2. p m. 19. [c] Ita *Isaeus* modo laudatus ἐν τοῖς ΙΕΡΟΙΣ ἀναθήματα —— τοῦτο μὲν ΕΝ ΔΙΟΝΥΣΟΥ —— τοῦτο δ' ΕΝ ΠΥΘΙΟΥ. [d] *Spon. Voyages*. Tom. II. et in Addit. p. 23. *Wheler*, aliique. [e] Euaenetus Praetor Athenis Olymp. CXI. 2.

O.

I.

Ο. ΔΗΜΟΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ. ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ.[f] ΗΡΧΕΝ.
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ. ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ. ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ. ΔΕΚΕΛΕΥΣ.
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ. ΠΑΙΔΩΝ. ΕΝΙΚΑ.
ΘΕΩΝ. ΘΗΒΑΙΟΣ. ΗΥΛΕΙ.
ΠΡΟΝΟΜΟΣ. ΘΗΒΑΙΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ.

II.

Ο. ΔΗΜΟΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ. ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ. ΗΡΧΕΝ.
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ. ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ. ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ. ΔΕΚΕΛΕΥΣ.
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ. ΑΝΔΡΩΝ. ΕΝΙΚΑ.
ΝΙΚΟΚΛΗΣ. ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ. ΗΥΛΕΙ.
ΛΥΣΙΠΠΟΣ. ΑΡΚΑΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ.

III.

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣ. ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ. ΔΕΚΕΛΕΥΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ.
ΧΟΡΗΓΩΝ. ΝΙΚΗΣΑΣ. ΑΝΔΡΑΣΙΝ. ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ. ΦΥΛΗΙ.
ΕΥΙΟΣ. ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ. ΗΥΛΕΙ. ΝΕΑΙΧΜΟΣ.[g] ΗΡΧΕΝ.
ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣ. ΣΩΤΙΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ.

Athenis, iuxta aedis vocatas *Panagia Spiliotissa.*

ΛΥΣΙΚΛΗΣ. ΒΙΟΤΤΟΥ. ΟΗΘΕΝ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ. ΟΙΝΗΙΣ. ΦΥΛΗ. ΠΑΙΔΩΝ. ΕΝΙΚΑ.
ΠΑΜΦΙΛΟΣ. ΑΓΝΟΥΣΙΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ. ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣ.[h] ΗΡΧΕΝ.

Ibid. ad portam Fori dicti *Bazar.*

ΕΡΕΧΘΕΙΣ. ΑΝΔΡΩΝ. ΕΝΙΚΑ.
ΕΝΕΤΕΛΗΣ. ΜΕΝΙΤΟΣ. ΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ.
ΑΡΑΤΟ . . . ΗΥ . . .
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ[i] . . . . .

Ibid. in *Panagia Gorgopiko.*

ΑΙΓΗΙΣ. ΑΝΔΡΩΝ. ΕΝΙΚΑ.
ΕΥΑΓΙΔΗΣ. ΚΤΗΣΙΟΥ. ΦΙΛΑΙΔΗΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ.
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ. ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ. ΗΥΛΕΙ.
ΧΑΡΙΛΑΟΣ. ΛΟΚΡΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕ. ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ.[k] ΗΡΧΕΝ.

Athenis.

[f] Pytharatus Praetor Olymp. CXXVII. 2. [g] Neaechmus Praetor Olymp. CXV. 1. [h] Cephisodorus Praetor Olymp. { CIII. 3. / CXIV. 2. } [i] Nicomachus Praetor Olymp. CIX. 4. [k] Euthycritus Praetor Olymp. CXIII. 1.

Νίκης

Νίκης ἀναθήματα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου καταλέλοιπεν [Aristides] οἱ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐδείκνυντο, τοιαύτην ἐπιγραφὴν διασώζοντες·

ΑΝΤΙΟΧΙΣ. ΕΝΙΚΑ.
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ.
ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕ.

Plutarch. in *Aristide.* init.

Ενίκησε δὲ [Themistocles] καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς, μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος, καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα,

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ. ΦΡΕΑΡΙΟΣ. ΕΧΟΡΗΓΕΙ.
ΦΡΥΝΙΧΟΣ. ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ.
ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ.[l] ΗΡΧΕΝ.

Plutarch. in *Themistocle.*

Inualuit in hifce omnibus error ab *Vrſini* aetate ad haec vſque tempora propagatus, de vocabulo ΔΙΔΑΣΚΕΙΝ. Quaſi eo conſeruaretur memoria Poetae, qui *Fabulam* his ludis celebratam *docuit.* Noui ita ſcribere ſolere vetuſtiſſimos Auctores. Αστυδάμας δ' ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον ΕΔΙΔΑΞΕΝ. Diod. Sic.[m] *Atque hic Liuius qui primus fabulam C. Clodio Caeci F. et M. Tuditano Coſs.* docuit, *anno ipſo, antequam natus eſt Ennius, poſt Romam conditam autem quartodecimo et quingenteſimo, vt hic ait, quem nos ſequimur. Eſt enim inter Scriptores de numero annorum controuerſia. Attius autem a Q. Maximo quintum Cos. captum Tarento ſcripſit Liuium annis* XXX, *poſtquam eam fabulam* docuiſſe *et Atticus ſcribit, et nos in antiquis commentariis inuenimus.* Docuiſſe *autem fabulam annis poſt* XI *C. Cornelio Q. Minucio Coſs. ludis Iuuentatis, quos Salinator Senenſi praelio vouerat. In quo tantus error Attii fuit, vt his Coſs.* XL *annos natus Ennius fuerit: cui, cum aequalis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam* dedit, *quam ii qui multas* docuerant *ante hos Coſs. et Plautus et Naeuius.* Cic. *de Clar. Oratoribus*, 72. 73. *Primus omnium L. Liuius Poeta fabulas* docere *Romae coepit.* Gell. XVII. 21. Et ſimiliter etiam Criticos qui tabulas confecerunt antiquorum dramatum aetatem, hiſtoriolam, euentum ceteraque id genus complexas. ſc. ΕΔΙΔΑΧΘΗ ἐπὶ Αρχοντος Αντιπάτρου, Αμεινίου etc. Cuius eapropter commentationes vulgo artificioſo vocabulo ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ nuncupantur[n]. Accedit, quod in hiſce monumentis reperiantur *Lyſippus* et *Phrynichus*, quos fabulas ſcriptitaſſe conſtat. Ceteros igitur horum lapidum

[l] Adimantus Praetor erat Olymp LXXV. 4. [m] ad Olymp. XCV. 2. [n] Vide incomparabilem *Caſaubonum ad Athenaeum* VI. 7.

auctο-

auctoritas isti numero adiecit. Nihilo tamen secius qui hic memorantur non *fabulas* docuerunt, sed *choros*: χοροδιδάσκαλοι nempe, Musices periti. Quo genere artificii satis celebris erat Sannio, quem *Demosthenes* memorat[o], Σαννίων ἐστὶ δήπου τις ὁ τοὺς τραγικοὺς χοροὺς ΔΙΔΑΣΚΩΝ —— Τοῦτον ἐμισθώσατό τις φιλονικῶν χορηγὸς τραγῳδῶν. Eodem etiam, non fabulis dandis aut docendis, Archestratus, quem ex *Plutarcho* adduximus. Ait enim ibidem ille Scriptor, Ἀρχέστρατος, ὃν ἐν τοῖς Μηδικοῖς οὐδείς, ἐν δὲ τοῖς Πελοποννησιακοῖς συχνοὶ ΧΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΝ ἀναγράφουσι.

l. 33.

TITVLVS III.

ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΙΣ Τ

TITVLVS IV.

ΕΙΣ ΚΟΜΙΔΗΝ ΤΩΝ ΘΕΩΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΧΟΡΩΝ ΑΝΤΙΜΑΧΩΙ ΦΙΛΩΝΟΣ ΕΡΜΕΙΩΙ ΤΡΙΗΡΑΡΧΩΙ ΤΧ

Θεωροὺς interpretari recte possis *Legatos sacros*[p]. Erant enim qui *Reip. causa aberant* (vt loquuntur ICti) *vel* consilium Deorum et oraculorum responsa exploraturi[q]: *vel*, vti in hoc loco, ad exteros Deos religionis ergo cum sacris Ciuitatis cultuque publico profecti. Θεωροὶ ἦσαν οἱ τὰς θυσίας τοῖς ΕΞΩ θεοῖς ἀποφέροντες. Vlpian. ad *Demosth. Midianam*. Θεωρὶς ναῦς, δι' ἧς πεμπόμενοι ἐπὶ τὰς ΘΥΣΙΑΣ τὰς ΑΠΟΔΗΜΟΥΣ ὑπὲρ τοῦ πατρίδος. Suid. in voce. Nihil melius ea quae dixi illustrare potest quam insignis illa adulatio Atheniensium a *Plutarcho* fideliter literis consignata.

Plutarchus in *vita Demetrii*.

Τὸ δὲ ὑπερφυέστατον ἐνθύμημα τοῦ Στρατοκλέους. Ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον ΑΝΤΙ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ ΘΕΩΡΟΙ ΛΕΓΟΙΝΤΟ, καθάπερ οἱ Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς.

Superauit omnia Stratoclis commentum. Iste fuit enim scitorum horum et praeclarorum designator blandimentorum. Qui promulgauit, vt qui ex plebiscito publice ad Antigonum et Demetrium mitterentur, PRO LEGATIS DICERENTVR THEORI, *sicut qui Delphos et Olympiam solennibus Graecorum victimas pro ciuitatibus agunt.*

[o] *c. Midiam*. p. 47. Edit. Cant. 1743. 8uo.

[p] De rebus ciuilibus ΠΡΕΣΒΕΙΣ, de sacris ΘΕΩΡΟΙ dicebantur. Vnde, vbi vtraque res agi videretur, scripsit *Polybius* apud *Athenaeum* l. 5. p. m. 97. Ἐξέπεμψε [Antiochus] ΠΡΕΣΒΕΙΣ καὶ ΘΕΩΡΟΥΣ εἰς τὰς πόλεις καταγγελοῦντας τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνης.

[q] Hunc sensum vocis confirmant *Suid.* in v. et Sch. *Sophocl. Oedip.* 114.

Erant

Erant tamen Theororum gradus quidam et dignitates. Qui *Delphos*, qui *Delum* religionis causa ibant, Θεωρίας istius munus et rationem ipso titulo profitebantur. Ἀστράπτῃ δι' Ἅρματος. Ἀθηναῖοι, ὁπότε δι' Ἅρματος ἀστράψειεν, ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς Θεωροὺς, τοὺς λεγομένους ΠΥΘΙΑΣΤΑΣ. Hesych. Ita pariter ΔΗΛΙΑΣΤΑΙ, οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες Θεωροί. Phauorin. Οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι Θεωροί. Hesych. Ἐν δὲ τοῖς Κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν ΔΗΛΙΑΣΤΩΝ οὕτω γέγραπται. Athenaeus.

Multa praeterea legimus ad Deliacam Theoriam praecipue spectantia, quae istius loci celebritas propriis et peculiaribus nominibus sibi quasi consecrauit. Hyperboreorum Legati emphatice et κυρίως ΠΕΡΦΕΡΕΕΣ nominabantur. —— ἄνδρας πέντε πομποὺς, τούτους οἳ νῦν ΠΕΡΦΕΡΕΕΣ καλέονται, τιμὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντες. Herodot. IV. 33. Ita *Hesychius* fere. Πέρφερες. θεωροί. Iidem fortasse sunt, quos intelligit *Porphyr.* de Abstin. Σεμνὰ δὲ ἦν τῶν περὶ ὑπομνήματα ἐν Δήλῳ ἐξ Ὑπερβορέων ΑΜΑΛΛΟΦΟΡΩΝ, et quos Seruius[r]; *Graeci tradunt* OVLOFOROS *ex Hyperboreis —— in insulam Delum venisse.* Chori Deliaci Praecentor proprie et ἐξοχῶς nominabatur ΓΕΡΑΝΟΥΛΚΟΣ. Γερανουλκὸς ὁ τοῦ χοροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ ἐξάρχων. Hesych. Idem *Hesychius*, vt obiter istud commoneam, etiam *Delios* vocare videtur qui nuptias cum sorore contrahunt. ΔΗΛΙΟΙ, οἱ ἀδελφὰς γεγαμηκότες. Videtur, inquam; nam non ita est. Intelligit enim non qui cum sorore concumbunt, verum συγγάμβρους, ea affinitate iunctos, qua sunt ii qui duas sorores in vxores ducunt. Et deinde, eos non vocat Δηλίους, sed facillimo errore in literis Δ et Α exarandis, Αελίους. Αέλιοι, inquit ille in alio loco οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες, ἤγουν σύγγαμβροι. Vt reuertar autem ad ea, quae de Deliacis religionibus vere dicta sunt, huius Theoriae meminit etiam Themistius[s]. Οὐ γὰρ μόνον ΘΕΩΡΟΥΣ ἐπέμψατε, ὥσπερ εἰς ΔΗΛΟΝ, ἀλλὰ καὶ οἴκοι στεφανηφορεῖτε, καὶ εὐθυμεῖτε, καὶ ἑστιᾶσθε. et Pollux[t]. Ἐν τῇ ΠΑΡΑ ΔΗΛΙΟΙΣ ΘΕΩΡΙΑΙ τὸν κήρυκα κηρύττειν φασὶν, ὁπότε δωρεά τινι ἐδίδοτο, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι βόες, καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς. ὅθεν ἔνιοι Δηλίων, ἀλλ' οὐκ Ἀθηναίων, ἴδιον εἶναι νόμισμα τὸ βοῦν νομίζουσιν.

Caetus ille ducem habuit, cuiusmodi munere fungi olim Niciam Atheniensem vidimus[u], quem ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΝ Veteres nominabant. Καὶ ἔτι καὶ νῦν ἔτους ἐνάτου οἱ Δελφοὶ παῖδας εὐγενεῖς πέμπουσι, καὶ ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΝ ἕνα σφῶν αὐτῶν. Aelianus[x]. Ἀλλὰ τοὐναντίον λειτουργεῖν ἔτοι προβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστείοις, ἔπειτα ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΝ εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων. Andocides[y].

[r] ad *Virg.* XI. *Aen.* 858. [s] *Orat.* IV. [t] L. IX. c. VI. §. 61. [u] p. 17. huius Commentarii. [x] *Var. Hist.* III. 1. [y] *de Mysteriis* p. 17 Edit. H. Steph.

Τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ΑΡΧΙΘΕΩΡΩΝ αἰτησάμενος. Idem, ſiue potius Phaeax Athenienſis[z]. Εἴασε δ' ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΥΝΤΑ ἀγαγεῖν τῷ Διῒ τῷ Νεμίῳ τοῦ κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν. Demosthenes[a]. In marmore etiam Deliaco,

—— ΑΝΕΓΚΛΗΤΟΝ. ΕΑΥ
ΤΟΝ. ΠΑΡΕΣΧΕΤΟ. ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΣ. ΤΕ. ΑΙΡΕΘΕΙΣ. ΚΑΙ.
ΜΕΤΑ. ΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΚΑΙ. ΤΩΝ. ΑΛΛΩΝ. ΣΥΝΘΕΩΡΩΝ.
ΠΑΝΤΑ. ΚΑΛΩΣ. ΚΑΙ. ΠΡΕΠΟΝΤΩΣ. ΒΡΑΒΕΥΣΑΣ· etc.
Gruter. CCCCV.

His igitur (nam plures erant, et credo vnamquamque Ciuitatem ſuam habuiſſe Θεωρίαν) Talentum adſignabatur, ſiue praemii loco, ſiue ad impenſas faciendas: Trierarcho autem, qui erat Antimachus Philonis F. domo Hermaeus, ad familiam hanc ſacram transfretandam, Talentum et mille praeterea Drachmae,

Αρχεθεωροῖς ———————— Τ
Εἰς κομιδὴν τῶν Θεωρῶν καὶ τῶν Χορῶν Ανιιμάχῳ }
Φίλωνος Ερμείῳ Τριηράρχῳ ——— } Τ Χ

Vt reuocare fere poſſit in memoriam illud *Aristotelis* dictum [b], Ὑπερέχει [ἡ μεγαλοπρέπεια] τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει, καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστί. Τὸ δὲ μέγεθος πρός τι. ΟΥ ΓΑΡ ΤΟ ΑΥΤΟ ΔΑΠΑΝΗΜΑ ΤΡΙΗΡΑΡΧΩΙ ΚΑΙ ΑΡΧΙΘΕΩΡΩΙ.

l. 34. TITVLVS V.

ΑΡΙΘΜΟΣ ΒΟΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΟΡΤΗΝ ΩΝΗΘΕΝΤΩΝ } Η Π ΙΙ ΙΙ

TITVLVS VI.

ΤΙΜΗ ΤΟΥΤΩΝ Τ Χ Χ Η Η Η Η Δ Π Ͱ Ͱ Ͱ Ͱ

De his olim actum. Vid. huius Comment. pag. 35.

l. 35. TITVLVS VII.

ΠΕΤΑΛ . . . . . Α ΚΑΙ ΤΗΙ ΧΡΥΣΩ . ΕΙ ΜΙΣΘΟΣ Η Δ Δ Ι.

Legerem, ſi liceret,

ΠΕΤΑΛΙΣΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΗΙ ΧΡΥΣΩΣΕΙ ΜΙΣΘΟΣ

Verum cum ea prima vox in libris, qui exſtant, non legitur, fortaſſe

ΠΕΤΑΛΑ ΧΡΥΣΑ ΚΑΙ ΤΗΙ ΧΡΥΣΩΣΕΙ ΜΙΣΘΟΣ

[z] c. *Alcibiadem*. pag. 32. Edit. eiuſdem. [a] c. *Midiam*. pag. 84. Edit. Cant. 1743. 8°.
[b] IV. *Ethic*. 3.

Cuius

Cuius rei, vtrouis modo legas, duae ſententiae eſſe poſſunt. Cum Antiqui ſacra facerent, *ſtatuebant*, vt ait *Virgilius*[c],

ante aras aurata fronte *iuuencum.*

Hoc vocabant Graeci χρυσὸν κέρατιν περιχεῖν.

Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βȣν ἦνιν, εὐρυμέτωπον,
Αδμήτην, ἣν ȣ̓́πω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.
Τήν τοι ἐγὼ ῥέξω, ΧΡΥΣΟΝ ΚΕΡΑΣΙΝ ΠΕΡΙΧΕΥΑΣ.

Homer. *Odyſſ.* Γ. 382.

Εἷς δ' αὖ χρυσοχόον Λαέρκεα δεῦρο κελέσθω
Ελθεῖν, ὄφρα βοὸς ΧΡΥΣΟΝ ΚΕΡΑΣΙΝ ΠΕΡΙΧΕΥΗΙ.

Id. 425.

Γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ
Χρυσὸν ἔδωχ'· ὁ δ' ἔπειτα ΒΟΟΣ ΚΕΡΑΣΙΝ ΠΕΡΙΧΕΥΕΝ
Ασκήσας, ἵν' ἄγαλμα θεὰ κεχάροιτο ἰδȣ̃σα.

Id. 436.

Sed procul extenſum petulans quatit Hostia funem,
Tarpeio ſeruata Ioui, frontemque coruſcat.

Iuuen. XII. *Sat.* 5.

Decemuiris praeceptum est, vt Graeco ritu *hiſce hostiis ſacrum facerent:* Apollini boue aurato *etc. Macrobius*[d]. Ni igitur obstaret *vile argentum*, quod pro eo ornatu dinumerabatur, nimirum Drachmae circiter CXX, atque haud ſcio an multum obstet, coemptae ſunt his nummis *Bracteae aureae*, (non ſolidi auri laminae, ſed quod nos Anglice vocare ſolemus, LEAF GOLD[e], videmur enim hodie Graeca locutione vti) et porro merces χρυσοχόῳ ſoluta, qui victimarum cornua hiſce bracteolis induceret. Recte igitur Gloſs. Gr. Lat. Χρυσόω. *Auro*, *Inauro*, *Deauro*. Et recte *Bracteatores*, ſiue *Bractearios* cum *Inauratoribus* coniungunt Antiqui. Vt Firmicus[f], *Aurifices*, *Bracteatores*, *Inauratores*.

CONCORDIAE.
COLLEGI.
BRACTEARIORVM.
INAVRATORVM.
etc.

Gruter. CIↃLXXIV. 12.

[c] IX *Aen.* 627. [d] I. *Saturn.* 17. Βȣ̃ν quoque χρυσοκέρων memorat *Plato Alcibiad.* II. §. 10. *Aeſch. c. Cteſiph.* §. 52. Edit. Oxon. [e] Tenuiſſima Bractea, vt loquitur *Plinius* XXI. 3. *ex qua fit auratura et argentatura.* [f] VIII. 16.

Ad celebrandam igitur priſcam illam tam in domeſticis quam in ſacris rationibus frugalitatem, in nudo farre continebantur Sacrificiorum primitiae, ſiue in molis ſale conditis, aquae, vel fortaſſe vini, libamine, et huiuſmodi tenuiſſimo cultu. Varie haec a Graecis Scriptoribus indigitantur, ſc. Οὐλαὶ[p], Οὐλόχυτα[q], Οὐλοχύται[r], Προχύται[s], Ἀπαρχαὶ[t], Προθύματα, Καλάργματα[u], Πόπανα[x], Ψαιστὰ[y], Προβολὴ θυμάτων[z] etc. Licet adeo pauca de his Sacrificiorum praeludiis memoriae poſterorum tradantur, nulla tamen ſacra ſine iis fieri conſtabit, ſi *Plinium*[a] audias. *Maxime tamen in ſacris intelligitur auctoritas* [ſalis], *quando* nulla *conficiuntur* ſine *mola ſalſa.*

l. 37. TITVLVS IX.

ΚΟΜΙΔΗ ΤΩΝ ΤΡΙΠΟΔΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΒΟΩΝ . . .

Nihil in hoc commate dicitur quod explicatione mea indiget. Memorabile eſt, non tanta praeciſione aut ἀκριβείᾳ etiam in publicis tabulis et inſtrumentis vti Remp. de qua agimus, quantam exſpectare par erat ab hominibus et curioſis et maxime diligentibus. Supra l. 33. Εἰς κομιδὴν τῶν Θεωρῶν etc. hic Κομιδὴ τῶν τριπόδων, quanquam, vt vera fatear, non eſt eadem vtrobique ratio. Verum cum l. 31. diceretur, καὶ τῷ ἐργασαμένῳ Μισθὸς, quis non l. 36. expectaret τῷ χρυσοχόῳ Μισθός? Dicitur tamen, et quidem duriuſcule, Πέταλα χρυσᾶ, καὶ ΧΡΥΣΩΣΕΙ ΜΙΣΘΟΣ.

l. 37. TITVLVS X.

. . ΝΤΗΚΟΣΤΗ ΚΑΙ ΤΡΟ . . . . .
. . . . . ΚΑΙ ΞΥΛΩΝ ΤΙΜΗ ΤΩΝ cetera deſunt.

Reſtitue primum ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ. Quiſquamne eſt qui aliter ſentiat? De hac voce ſatis conſtat (1) fuiſſe Portorium ſiue Vectigal, Quinquageſimam ſc. partem, omnibus mercibus impoſitam quae Piraeum

[p] Οὐλαὶ, ΚΡΙΘΑΙ μετὰ ΑΛΩΝ μεμιγμέναι, ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερουργημένοις ζώοις ΠΡΟ ΤΟΥ ΘΥΕΣΘΑΙ. Euſtath. ad *Odyſſ.* Γ. [q] Οὐλόχυτα τὰ κατάργματα. Heſych. [r] *Apollon. Rhod.* I. 409. Μετὰ τὰς οὐλοχύτας αἱ θυσίαι, καὶ ἐν αὐταῖς κρεωφαγία: nempe, μετὰ τὴν τῶν ΑΝΑΓΚΑΙΩΝ τροφῶν εὕρεσιν ἡ τῆς κρεωδαισίας πολυτέλεια καὶ τὸ τῆς τροφῆς ἐπείσακτον εὕρηται. Euſtathius ad illa *Homeri* Α. 449.

Χερνίψαντο δ' ἔπειτα, καὶ ΟΥΛΟΧΥΤΑΣ ἀνέλοντο.

Et 458.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο καὶ ΟΥΛΟΧΥΤΑΣ προβάλοντο,
Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν.

Οὐλοχύται aliquando pro Caniſtris quibus haec προθύματα adferebantur. Οὐλοχύτας, ΟΤΕ μὲν τὰ κενὰ (lege κανᾶ) ἐν οἷς τὰς ὀλὰς, αἵ εἰσι κριθαὶ τῶν ἱερείων, κατέχεον (lege κατέχουν) Heſych. Adnotatum eſt ab *Euſtathio*, Οὐλὰς a proſariis, Οὐλοχύτας a poetis vſurpari. [s] *Apollon. Rhod.* I. 425. [t] *Euſtathius.* [u] *Heſych.* [x] *Heſych.* [y] *Suid.* in Οὐλοχύται. *Euſtathius.* [a] XXXI. 41.

appel-

appellerent. (2) Ei pecuniae exigendae praefici, quos Romana Lingua *Portitores*, *Telonarios* et *Vectigaliarios* vocat, Graeca autem ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΛΟΓΟΥΣ. (3) Mercatorum nomina in tabulas publicas referri et in Portitorum commentarios, post ſolutam iſtam pecuniam imperari ſolitam; idque dici ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΕΥΕΣΘΑΙ[b]. (4) Locum illum ſiue aedificium publicum ei negocio destinatum appellari etiam ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΛΟΓΙΟΝ[c]. (5) Locari demum aliquando ſolere Quaeſtum hunc publicum Collegiis quibuſdam vel Hominibus, quos exinde *Publicanos* dicerent[d]. Id Athenis ipſis factitatum eſſe liquet. Nam in quadam Vectigalium locatione quae auctione fiebat (Graeci πλειστηριάζειν[e] vocant) cum homo quidam pauperculus ceteros licitando viciſſet, et ab eo, vt ſolebat, fideiuſſores exigebantur, ibi Alcibiades, ceteris id munus detrectantibus, erat enim homo liberaliſſimus et popularitatis maxime ſtudioſus, ſurrexit, Ἐμὲ γράψατ᾽ inquiens, ἐμὸς φίλος ἐστίν. ἐγγυῶμαι[f]. Quod vero ad illam ſatisdationem adtinet, vide quam prudenter etiam ab hac vehementia licitandi ſibi pariter cauerit Iuriſprudentia Romana. *Locatio Vectigalium, quae calor licitantis vltra modum ſolitae conductionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos et cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit.* L. 9. pr. D. de Publicanis. Quod tamen in iſto *Digeſtorum* loco INFLAVIT ſcribitur, tu ſecurus emendabis INFLAMMAVIT. Annonam enim *incendere* in hoc ſenſu ab Antiquis dici video. Et profecto quis tam ineleganter hic ſcribi patiatur CALOR *licitantis* INFLAVIT, cum in noſtra emendatione elegantia cum proprietate ipſa et vſu loquendi certare pariter videatur?

Verum haec quidem Quinquageſima, et quae a me de iſto Portorio dicuntur, de *inferendis* ſolummodo mercimoniis intelligi et debent et poſſunt. In marmore autem noſtro de *efferendis* omnino agitur et de vectigali eo nomine imperato. Sed et haec etiam cura prouidentiſſimam Remp. exercuit. Nam ſi loci ſummam ſterilitatem contemplemur et tenuitatem[g] ſoli, ſi agrorum naturam neque frugibus, neque, ſi Oleas excipias, fructibus adcommodam, ſapientiſſime certe Solonem conſtituiſſe dixeris, qui τῶν γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ΕΛΑΙΟΥ μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δ᾽ ΕΞΑΓΕΙΝ ἐκώλυσεν[h]. FRVMENTI certe maxima erat et

[b] Τῶν ΕΙΣΑΓΟΜΕΝΩΝ εἰς τὸν Πειραιᾶ φορτίων ἐκ τῆς ΑΛΛΟΔΑΠΗΣ Πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι· καὶ τοῦτο ἐκάλουν Πεντηκοστεύεσθαι, καὶ οἱ τὸ τέλος εἰσπράττοντες Πεντηκοστολόγοι καλοῦνται. Etym. M. Adde *Harpocrat.* in v. *Valeſium* ad locum. *Caſaub.* ad *Athenaeum* II. 24. *Andocidem de Myſteriis, Demoſthenem c. Neaeram*, et *Lycurgum* pag. 169. Edit. Cant. 1743. 8°. [c] Poll. L. IX. c. 5. [d] *Publicani dicuntur qui publica vectigalia habent conducta.* l. 12. D. de Publicanis. [e] Vid. Ind. *Lyſiae.* [f] Plutarch. in vita *Alcibiadis.* [g] Λεπτόγεων vocant Graeci. Vid. *Thucyd.* init. [h] Plutarch. in *Solone.*

incre-

incredibilis inopia [i] : Adeo nihil ex propria ſatione ſupererat, quod exteris nationibus impertirentur, vt grauiſſime eſſet in ciuem Athenienſem conſultum, qui naue peregre rediens in quauis Graeciae vrbe, praeterquam Athenis, frumentum exponeret [k]. Neque minor erat LIGNI quam Frumenti penuria. Gens in claſſibus aedificandis, quae vna erat ſalus ciuitati, diu exercitatiſſima, conqueri ſolebat, neque domi ſat eſſe ad eam rem Materiae, et aegerrime aliunde inferri [l]. Minus itaque mirum, ſi, vt Scholiastes *Aristophanis* admonet [m], ἀπείρηλο ἀπ' Ἀθηνῶν ἐξάγειν ΞΥΛΑ καὶ πίτλαν, aut ſi *glorioſus* homo, quem depinxit *Theophrastus*, non habuit vnde ſe magis efferret, quam quod inſolentiſſime praedicaret *ſibi ſoli licuiſſe impune lignum exportare.*

Huiuſmodi igitur rebus ſi quando efferendis opus eſſet, quod nonnunquam Reip. commoditas poſtulare poterat, imperabatur vectigal, ΕΛΛΙΜΕΝΙΟΝ, quod pro rei exigentia vel *Decima*, vel *Viceſima* vel etiam, vt in marmore noſtro, *Quinquageſima*, fuit. Ἐλλιμένιον, ὃ δοῦναι ΠΡΙΝ ΕΙΣΒΗΝΑΙ σε δεῖ· καὶ δεκάτη, καὶ εἰκοστὴ, καὶ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ, καὶ κατὰ τὸ μέρος τῆς ἑκασταχοῦ εἰσπράξεως τὸ ὄνομα. Poll. l. IX. c. 5. Τέλη δ' ἦν παρὰ τοῖς ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΛΟΓΟΙΣ ἢ Ἐλλιμενισταῖς· ταῦτα δ' ἐκαλεῖτο Ἐλλιμένιά τε καὶ Ἐμπορικά. Idem VIII. 10. *More veterum, Magistri Tributorum, id est Publicani, operam in portu dabant inferendarum rerum et* efferendarum *vectigal exigentes.* Donat. ad *Ter. Phorm.* I. 2.

Huius igitur Tituli primae voci ſat eſſe conſultum arbitror, quam non dubitabis ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ legere. Sequitur ΚΑΙ ΤΡΟ . . . . . Vbi forſan dubitare poſſis. Obſeruare tamen expedit vniuerſum hunc titulum non niſi portum ſpectare poſſe, eaſque impenſas, quae, vbi nauem conſcenderis, ſolent fieri. Quis neſcit in istiusmodi locis institui Trochleas ſiue Axis in Peritrochio, quorum ope opera vehementiora nauibus imponuntur, eoque quaestu gentem moribus certe paulo illiberaliorem, viuere conſueſſe ? Machina illa a Graecis diuerſe ſcribitur, Τροχαλία, Τροχηλία, Τροχιλία, Τροχηλέα, Τροχιλαία et Τροχειλία [n].

Τὴν δ' ἐκ ΤΡΟΧΙΛΙΑΣ αὖ καλειλυσπωμένην.

Aristoph. *Lyſistr.* 723.

[i] Ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθα ΕΠΕΙΣΑΚΤΩΙ. Demosth. *de Corona* §. 27. Edit. Foulk. Ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ΕΠΕΙΣΑΚΤΩΙ σίτῳ χρώμεθα. Id. *adu. Leptin.* pag. 17. Edit. Cant. 4[to]. [k] Occurrit Lex apud *Lycurg. c. Leocrat.* pag. 175. Edit. Cant. 1743. 8°. [l] Οὐ γὰρ δή ἐστι γε εἰπεῖν, ὡς Ἀθήνησι μὲν ἀφθόνων ὄντων τῶν ναυπηγησίμων ξύλων, τῶν πόῤῥωθεν καὶ μόλις εἰσκομιζομένων. Demosth. *de foed. Alexandri.* [m] Ad *Equit.* ℣. 278. De ligno caute exportando, vid. *Valeſ. ad Mauſſac. not. in Harpocr.* p 238. *Spanhem.* ad *Ariſtoph. Ran.* 265. *Caſaub. ad Theophraſt.* l. proxime citando. [n] Vid. viros doctos ad *Polluc. Athen.* p. 208.

Τέ-

Τȣ́τοις δ' ἐν πλεκ]οῖς γυργάθοις διὰ ΤΡΟΧΗΛΙΩΝ εἰς τὰ θωράκια λίθοι παρεβάλλον]ο. Athen. l. 5. Καὶ ἐν τοῖς οἰκοδομικοῖς ἔργοις ῥᾳδίως κινȣ͂σι μεγάλα βάρη, με]αφέρȣσι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ΤΡΟΧΙΛΑΙΑΣ ἐφ' ἑτέραν, ϗ πάλιν ἀπ' ἐκείνης εἰς ὄνȣς ϗ μοχλȣ́ς. τȣ͂το δὲ ταυτόν ἐςι τῷ ποιεῖν πολλὰς τροχιλαίας. Aristot. *Mechan.* § 19. Add. *Laert.* II. 36. Certe ad figuram huius organi alludebat *Iſidorus*, vbi dixit *Trochleae, quaſi F litera, per quas funes trahuntur.* Illud addo, fuiſſe ſaeculum in quo iſta litera ad imaginem Trochleae quam diſertiſſime exarabatur, in aliis non adeo ſimiliter. Id quod *Iſidori* aetatem optimo et conſtantiſſimo argumento illuſtrare poteſt.

Aio igitur in hac Deliorum celebritate obtinuiſſe diutius callidum Niciae commentum [o] qui Theoriam duxit Olymp. xc. 3. atque vt decentius ſacra fierent, et incederent Chori, vnaquaque pentaeteride ſterni pontem iunctis ratibus lintribuſque qui Delum vicino litori adnecteret: Huiuſmodi autem TABVLATORVM *precium*, *portorium* atque *oneraturam* his verbis intelligi. Ecce enim:

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ ΚΑΙ ΤΡΟΧΗΛΙΑ
. . . . . ΚΑΙ ΞΥΛΩΝ ΤΙΜΗ
ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΓΕΦΥΡΑΝ etc.

Quinquageſima et Trochlea
. . . . et lignorum precium
quae ad pontem comparabantur.

Atque haec de primo latere Marmoris a me dicta ſunto.

Col. 2. lin. 1. lege,

ΑΙΔΕ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΤΟ ΤΟΚΟ ΟΝ ΕΔΕΙ ΑΥΤΑΣ
ΕΠΙ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ ΑΠΟΔΟΝΑΙ
ΕΝΕΛΙΠΟΝ ΚΑΙ ΟΚ ΑΠΕΔΟΣΑΝ

l. 7. lege ΤΕΤΤΑΡΩΝ

l. 9. ΝΑΞΙΟΙ. Ex populis foederatis qui nihil omnino ſoluerunt, erant

Naxii,
Andrii,
Caryſtii,

et vna praeterea Ciuitas, cuius nomen deletur. Deleri dixi, dedita opera, et conſulto; neque enim fatiſcentis marmoris fortunae imputari fas eſt, quod et hic, et rurſus l. 28. adeo curioſe extritum eſt, vt in neutro loco verborum ſtructurae officere, aut ſequentem periodum

[o] Vid. huius Diſſert. p. 18.

vel leuiſſimo mactaret infortunio. Tum autem praeterea ſiquis marmor ipſum attentiſſimis oculis inſpiciat, ſedulitatem quae fuit in delendo, et ferri et industriae vestigia in ſingulis quae diſſimulantur elementis planiſſime intelligit. Denique ad normam Iuris Attici [p], cuius nutu et moderatione hoc monumentum exarabatur, *Debitoris nomen, ſolutione facta, ex Tabulis deletum et perpetuo exstinctum* vides.

Cur atro hoc carbone notentur, et lenti nominis infamiam ſubeant praecipue NAXII, ANDRII et CARYSTII, eam quidem rem feliciter ſatis expediuit ſingulari ſuo acumine Vir eruditiſſimus. Olymp. c. 4. quo tempore Callias noster praeturam Athenis geſſit, NAXVS, Ciuitas Amphictyonica, in manu et potestate coepit eſſe Lacedaemoniorum [q]. Vnde alterutrum euenire neceſſe est: vt aut vi prohiberetur facere quod per amicitiam vellet, aut, ſi iam taederet Athenienſium, cauſaretur ſaltem ſe potestate aliena eſſe impeditos, non ſua voluntate. Eadem tempestate qua Naxus a Lacedaemoniis vi capta et expugnata, Ciuitates aliae ſponte ab Athenienſibus deſciuerant, aliae dubiae coeperant eſſe fidei. Nam hoc ipſo Praetore, ad Euboeam, cuius partem CARYSTII incolebant, exercitus tranſduxerunt, quo facilius ea loca in ſocietate retinerent, et Chabrias nauibus ad Cycladas profectus nonnullas ex iis, inter quas Peparethus et Sciathus nominantur, non procul ab ANDRO ſitae, iterum in clientelam redegit Athenienſium.

l. 11. lege.	ΑΠΕΔΟΣΑΝ
l. 14.	ΑΓΑΘΑΡΧΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΔΗΛΙΟΣ
l. 15.	ΑΓΑΚΛΕΗΣ
l. 16.	Forte ΘΡΑΣΥΒΟΛΟ
l. 17.	Forte ΗΗΗΗΔ ΚΛΕΩΝ ΚΑΡΥΣΤΙΟΣ
l. 18.	ΥΨΟΚΛΕΗΣ ΘΕΟΚΡΙΤΟ ΔΗΛΙΟΣ, aut ΘΕΟΓΝΗΤΟ. Vid. col. 1. l. 17.
ibid.	ΠΡΙΑΝΕΥΣ ΣΥΡΙΟΣ ΓΑΛΗΣΣΙΟ. ΔΔΔΔΠ. ΘΡΑΣΥΚΛΕΙΔΗΣ etc.

Animaduertes obiter nomen gentile Πριανεὺς hic *proprie* ſumi, tum illud alterum Σύριος inter nomina Patris Filiique contra huius marmoris ceterorumque credo omnium monumentorum rationem.

l. 20. ΙΚΑΡΕΩΝ ΘΡΑΣΩΝΟΣ ΣΦΗΤΤΙΟΣ

Ita omnino. Nam ſi oculos diligentius intendas, Σ literae vestigia deprehendes, qua recepta, vt debet, non noui populum qui huic loco conueniret magis. Deinde autem vti in hoc loco Ικαρέων Θράσων Σφήττιος, ita l. 22. Θράσων Ἄῤῥων Σφήττιος indubie legitur et ſine vlla fere litura. Nimirum in vtroque loco idem Θράσων intelligitur.

p Petit. LL. Attic. Lib. IV. Tit. 9. l. 16. q Vid. Diod. Sic. l. XV. ad istum annum.

l. 21.

l. 21. Forte. ΑΡΣΙΛΕΩΣ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟ Vid. p. 56.
l. 22. ΑΡΙΣΤΗΙΔΗΣ ΔΕΙΝΟΜΕΝΟΣ ΤΗΝΙΟΣ
ΥΠΕΡ
ΟΙΝΑΛΟΚΛΕΟ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟ
vel
ΑΡΙΣΤΗΙΔΗΣ ΔΕΙΝΟΜΕΝΟΣ ΤΗΝΙΟΣ
ΥΠΕΡ
ΟΙΝΑΛΟ [vel ΟΙΝΑΔΟ] ΚΛΕΟΒΟΛΟ ΤΗΝΙΟ.

Potuitne esse idem Aristides Tenius qui pro eodem Oenade Tenio col. 1. l. 23. *partem vsurae soluebat*, hic nullam omnino partem soluebat? Vtroque loco eadem est summa Η Η Δ. Quis hunc nodum expediet?

Comma proximum, quod post exiguam intercapedinem, quantam sc. decem literae implere poterant, a linea 24ta orditur, et in 30ma desinit, huiusmodi est omnino:

ΟΙΔΕΩΦΛΟΝΔΗΛΙΩΝΑΣΕΒΕΙΑΣ.....ΡΙΣΑΝΔΡ.
ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΕΝΔΗΛΩΙΔΕΠΑΛΑΙΟΤ.....
ΤΟ...ΠΕ.ΡΑΓΜΕΝΟΝ.ΑΙΑΕΙΦΥΓΙΑΟΡΙ...ΕΚΤΟ
ΙΕ.....ΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΔΗΛΙΟΗ.ΟΝ.ΟΣΑΜΦΙΚΤ
ΥΟΝΑΣΚΑΙΕΤΥ.....ΠΙΓΕΝΗΣΠΟΛΥΚΡΑΤΟΣΜ
ΠΥΡΡΑΙΘΟΣΑΝΤΙΓΟΝΟΜ ΠΑΤΡΟ...ΗΣΕΠΙΣΘ
ΕΝΟΣ Μ octodecim literae erasae ΑΡΙΣΤΟΦΩΝΑΙ...Π
ΠΟ.ΑΝΤΙΦΩΝΤ.ΝΝΩ.ΟΣΜ.ΔΟΙΤΕΛΗΣΑΝΤ....
ΟΜ ΤΗΛ....ΗΣΠΟΛΥΑΡΚΟΣΜ

Dabo quantum mea μαντικὴ excudere ex laceris his verbis possit, et, si qui post me hoc *saxum voluent*, id egi vt relictum esset vbi solertiam intenderent.

ΟΙΔΕ ΩΦΛΟΝ ΔΗΛΙΩΝ ΑΣΕΒΕΙΑΣ ΕΠΙ
ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ
ΔΕ ΠΑΛΑΙΟ Τ..... ΤΟ ΕΙΣΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟΝ
.ΑΙ ΑΕΙΦΥΓΙΑ ΟΡΙ... ΕΚ ΤΟ ΙΕΡΟ ΤΟ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟ ΔΗΛΙΟ Η.ΟΝ.ΟΣ
ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣ ΚΑΙ ΕΤΥ....
ΕΠΙΓΕΝΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΣ Μ
ΠΥΡΡΑΙΘΟΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟ Μ
ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ Μ
....
ΑΡΙΣΤΟΦΩΝ ΑΙ...ΠΠΟ Μ
ΑΝΤΙΦΩΝ Τ.ΝΝΩ.ΟΣ Μ
.ΔΟΙΤΕΛΗΣ ΑΝΤΙΜΑΧΟ Μ
ΤΗΛΕΦΑΝΗΣ ΠΟΛΥΑΡΚΟΣ Μ

Quorum verborum eum esse sensum colligo, vt iudicio ab ipsis nimirum Amphictyonibus habito Ἀσεβείας damnarentur, quorum nomina hic Marmor recenset. Quibus omnibus praeter mulctam *decem mille* drachmarum et illud quoque additum est in sententia iudicum, vt a Templo [s] Apollinis Delii perpetuo arcerentur. Nunc istius commatis singulas partis explico.

l. 24. ΔΗΛΙΩΝ. Impedita sane structura, siue ita interpreteris Οὐδὲ Δηλίων ὦφλον ἀσεβείας, siue ita, Οὐδὲ ὦφλον ἀσεβείας Δηλίῳ, nempe εἰς vel πρὸς vel περὶ τὰ Δήλια. Verum prior, rigida licet, potius placet omnino. Nam ea ἀκριβείᾳ et fide exaratum esse credo hoc monumentum, vt post singula in hac periodo capita non dissimularetur nomen gentile, nisi in principio abunde admoniti fuissemus eos omnis ex Insula Delo fuisse. Et quidem Deliacos fuisse ostendit fere quorundam nominum ratio et consuetudo. Cuiusmodi sunt ΕΠΙΓΕΝΗΣ. Vid. col. 1. l. 3. ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣ. col. 1. l. 21. ΕΠΙΣΘΕΝΗΣ. col. 1 l. 23. col. 2. l. 35. 37. ΠΥΡΡΑΙΘΟΣ. col. 2. l. 9. Denique in Receptarum tabulis soli a quibus argentum hoc nomine, ἀσεβείας nempe, exigebatur, Delii erant, vt Episthenes et Pytho. Vid. col. 1. l. 23. 24.

ibid. ΕΠΙ. Vel potuit esse ΑΠΟ, scil. *vsque* ab *eo tempore* quo Charisander magistratum iniuit. Verum illud praefero lubens. Ὀφείλειν δίκην est actus qui in Iure fit, nempe *iudicio esse conuictum*, *causa cadere*, vt ad vnum simplicissimum euentum adlusisse credam Marmor, qui eo magistratu contigit.

l. 25. ΕΙΣΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟΝ, vt col. 1. l. 24. et iterum l. 24. εἰσεπράχθη μηνυθέν.

l. 28. etc. Μ pro Μύριαι. Vid. huius Commentarii pag. 23. scil. Μύριαι Δραχμαί. Qua summa aestimatam fuisse δίκην ἀσεβείας et aliunde etiam, nempe ex scriptoribus antiquis, discere possumus.

ibid. Post Patroclem quidam olim censebatur, qui solutione demum facta, ab hac infamia memoriae liberari coepit, nomine deleto.

[s] Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς πενταπόλιος νῦν χώρης Δωριέες, πρότερον δὲ Ἑξαπόλιος τῆς αὐτῆς ταύτης καλεομένης, φυλάσσονται ὦν μηδαμὰς ἐσδέξασθαι τῶν προσοίκων Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν· ἀλλὰ καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ἱρὸν ἀνομήσαντας ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς. Herodot. L. I. §. 144.

Com-

Comma quod ſuperest vltimum, facta iterum intercapedine, l. 31. orditur, et quantum ex monumento tam male habito colligi potest, hanc fere habet rationem. Nempe voces quae primo occurrunt, ſunt in tituli vicem, et quaſi argumentum earum rerum quae ſubiiciuntur. ſcil.

ΟΙΚΙΑΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΙΕΡΑΙ ΤΟ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟ ΔΗΛΙΟ

l. 32.	ΟΙΚΙΑ ΕΝ ΚΟΛΩΝΩΙ Drachmarum CCC
33.	ΤΟ ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ ΤΟ ....
35.	ΟΙΚΙΑ Η ΗΝ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ
ibid.	ΧΑΛΚΕΙΟΝ Ο ΗΝ ..
36.	... ΩΝ ΟΙ ΚΗΜΑΤΑ
ibid.	ΟΙΚΙΑ .....
37.	ΟΙΚΙΑ Η ΗΝ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ
	etc. etc.

Haec, inquam, ex fatiſcente marmore videtur fuiſſe huius loci ratio. Nimirum Titulus ille recenſet *aedis*, *aedificia* omnia, *tabernas* et *officinas* etc. quas istius aetatis religio Apollini conſecraſſet. Harum reditu aliqua ex parte ſumptus in istis ſacris ſuppeditari vidimus. Vid. col. 1. l. 28.

Vir ingenioſiſſimus aliter has ſacras aediculas interpretatur, eaſque pro Hoſpitiis ſiue aedibus ſanctioribus accipit, vbi excipiebantur Theori ceterique qui ex Inſulis Amphictyonicis Delum religionis cauſa appellerent. Erat, teste *Herodoto*[t], iuxta Dianae quod ille appellat ΕΣΤΙΑΤΟΡΙΟΝ ΚΗΙΩΝ: cuius auctoritate commotus Illustr. *Spanhemius* haec ſcribere non dubitauit[u]. *Harum Cycladum in Delo, ob statos in ea ac ſolennis earundem choros et panegyres, stata etiam erant ac peculiaria domicilia.* Ego tamen longe aliter ſentio, cum, ſi veriſſima fide haec ſcripſerit *Spanhemius*, et ea fuerit maxime mens *Herodoti*, nihil tamen ea aut parum certe ad computi rationem atque huius Marmoris argumentum conferre poterant. Verum neque iſtud Ἑστιατόριον quidquam fere videtur fuiſſe praeter Diuerſorium, vbi, vt ſolet fieri, prandendi gratia confluere ſolebant qui ex eadem gente, vel ob quaestum, vel ob religionem, vel denique ob animi remiſſionem, aut quacunque demum cauſa peregre ſunt profecti. Certe τὸ Βαλανεῖον l. 33. et Χαλκεῖον l. 35. Viri doctiſſimi interpretationi parum fauent.

Vtcunque demum ea res ſe habuerit, interea video inter aediculas, quas in Delo fuiſſe constat, recenſeri vnam quae erat in Κολωνῷ (ita enim indubie est legendum) quem Atticorum eſſe pagum ignorare

t IV. 35. u Ad *Callimach Hymn. in Delum.*

non

non poterit, qui, vt alios taceam, vel *Sophoclem* leuiter ſalutauerit. Et ſimile aliquid ſuſpicor de Κεραμεία l. 33. Fuiſſe tamen et Deli etiam isto nomine populum vix dubitare poſſum, cum in marmore Deliaco diſerte legitur

ΠΟΠΛΙΟΣ.
ΤΟΥΤΟΡΙΟΣ.
ΥΠΕΡ. ΕΑΥΤΟΥ. ΚΑΙ.
ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ.
ΙΣΙΔΙ. ΑΝΟΥΒΙΔΙ. ΑΡΠΟ
ΚΡΑΤΕΙ. ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ.
ΕΠΙ. ΙΕΡΕΩΣ.
ΣΤΑΣΕΟΥ. ΤΟΥ. ΦΙΛΟ
ΚΛΕΟΥΣ. ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ.

Antiparus etiam ex Cycladibus vna, portum quem habuit, Attico vſu appellauit Sunium. Neque adeo mirum Prouincias, quae alienis, non ſuis, moribus viuere, et Remp. moderari diutius adſuefacta fuerint, in locorum publicorum vocabulis, pagis, populiſque deſcribendis eodem exemplo contineri. Qualis huius Populi cum Athenienſibus in Actis publicis omnique genere monumentorum conuenientia [t] ! Nihil in alterutra Ciuitate ratum, niſi quod ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος ſuo interuentu ſuaque auctoritate ſanctum eſſe voluit. Parus, vt ex *Chronico Pario* liquet, et Delus, vti ex hoc monumento, annuos Praetores habuit ad normam Reip. Athenienſium, et, vt credi fas est, eadem anni tempestate creatos, qui Rerump. negocia expedirent, et Fastos ſuo nomine ſignarent. In quo argumento, Magistratuum nempe Deliacorum, dormitaſſe virum doctum in *Miſcellaneis Obſeruationibus* deprehendi, qui huius conſuetudinis immemor, negat haec fieri poſſe, aut Prouinciam perculſam et prostratam tam inſolenter ſeſe gerere potuiſſe, vt Dominae Ciuitatis mores in ſua Rep. administranda vſurparet; cum interea adeo non inſolenter haec omnia, vt potius eum animum quem ille velit luculentiſſime demonstrare poterant. Alius porro itidem huiuſce rei immemor, Archontas omnis Delios, quotquot reperiret, Catalogo Praetorum Athenienſium quem confecerat, rancide nimis et praepropere ſubiunxit. Occurrunt enim, praeter EPIGENEM, PALAEVM, HIPPIAM et PYRRHAETHVM in monumento nostro memoratos, istius auctoritatis plurimi:

[t] Vid. Append. ad *Marm. Oxon.* CLVI. CLVII. CLVIII. *Gruter.* CCCCV. CCCCLX. 1. CIↃCLIX. 2.

ZENO.

ZENO.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ. ΚΑΙ. ΣΑΜΙΩΝ. ΟΙ.
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ. ΕΝ. ΔΗΛΩ.
ΚΑΙ. ΟΙ. ΕΜΠΟΡΟΙ. ΚΑΙ. ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ.
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ. ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥ. ΦΛΥΕΑ.
ΑΡΕΤΗΣ. ΕΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.
. . . .
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ. ΔΗΛΟΥ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ.
ΕΝ. ΤΩ. ΕΠΙ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΕΝΙΑΥΤΩ.
ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Marm. Oxon. XXVII.
Reineſ. I. 55.

Cui non dubito et illud quoque ſubiungere.

NAVSIVS.

ΓΑΙΟΣ. ΓΑΙΟΥ. ΑΧΑΡΝΕΥΣ. ΙΕΡΕΥΣ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ.
ΕΝ. ΤΩ. ΕΠΙ. ΝΑΥΣΙΟΥ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΕΝΙΑΥΤΩ.
ΚΑΙ. ΟΙ. ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ. ΚΑΙ. ΟΙ. ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙ. ΥΠΕΡ.
ΤΟΥ. ΔΗΜΟΥ. ΤΩΝ. ΑΘΗΝΑΙΩΝ. ΚΑΙ. ΤΟΥ. ΔΗΜΟΥ.
ΤΩΝ. ΡΩΜΑΙΩΝ. ΙΣΙΔΙ. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ.

Reineſ. I.135.

Necnon hoc etiam.

DIONYSIVS.
LYCISCVS.

ΓΑΙΟΣ. ΓΑΙΟΥ.
ΑΧΑΡΝΕΥΣ. ΙΕ
ΡΕΥΣ. ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ. ΘΕΩΝ. ΜΕ
ΓΑΛΩΝ. ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ. ΚΑΒΕΙΡΩΝ.
ΕΝ. ΤΩΙ. ΕΠΙ. ΔΙΟ
ΝΥΣΙΟΥ. ΤΟΥ. ΜΕΤΑ.
ΤΟΝ. ΛΥΚΙΣΚΟΝ. ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ. ΕΝΙΑΥ
ΤΩΙ. ΙΔΡΥΣΑΤΟ.

Gruter. CCCXIX. 2.

ARISTAECHMVS.

ΕΠΙ. ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΥ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ.
ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣ. ΔΕΚΑΤΗ. ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ.
ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ. ΚΥΡΙΑ. ΕΝ. ΤΩΙ. ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΡΙΩΙ.
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ. ΜΕΛΕΤΕΥΣ. ΕΙΠΕΝ. etc.

Gruter. CCCCV.

PHAE-

PHAEDRIAS.

ΕΠΙ. ΦΑΙΔΡΙΟΥ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΟΣ. ΟΓΔΟΗ. ΕΚΚΛΗΣΙΑ.
ΕΝ. ΤΩΙ. ΙΕΡΩΙ. ΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.
ΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΗΣ. ΕΙΠΕΝ.

Spon. Miſcell. Erudit. Antiqu. pag. 343.

Iam autem finem faciam, obnixe orans, vt alios, qui me vel ocio, vel acumine, vel eruditione ſuperent, hortari poſſit haec qualiſcunque commentatio ad illuſtriſſimum et venerandum hoc monumentum feliciori opera vindicandum; has interea coniecturas eruditorum iudicio lubens ſubmitto.

F I N I S.

